[illegible]

SACRA ET PROFANA,

EX CODICIBUS MANV [illegible]


NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA,
VERSIONE LATINA DONATA,
ET NOTIS ILLVSTRATA

A

IO. CHRISTOPHORO WOLFIO

Paſtore ad D. Cathar. Hamburg.
& Scholarcha.

TOM. I.



HAMBURGI,
Apud THEODORUM CHRISTOPHORUM FELGINER,
CIƆ IƆ CC XXII.

VIRO
SUMME VENERANDO, AMPLISSIMO DOCTISSIMOQUE
DOMINO
PETRO THEODORO SEELMANNO

PASTORI AD D. MICHAELIS VIGILANTISSIMO,

R. MINISTERII HAMBURG. SENIORI,

ET SCHOLARCHÆ SPECTATISSIMO,

PATRI SUO IN CHRISTO AMANDO ET COLENDO,

PRIMUM HUNC ANECDOTORUM TOMUM,

PHOTII, PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,

EGREGIA CONTRA MANICHÆOS COMMENTATIONE,

DEXTERITATIS EJUS, ZELI ET PERITIÆ,

IN TUENDA PURA DOCTRINA

PROBATÆ, ARGUMENTO,

CONSPICUUM,

CONSECRAT ET OFFERT,

EADEMQUE OPER[illegible]

SIMILE IPSI PURIORIS DOCTRINÆ STUDIUM GRATULATUS,

SENECTUTEM IN MULTOS ANNOS VEGETAM,

FELICEM CONSILIORUM SUCCESSUM,

FREQUENTES DE VERITATIS HOSTIBUS TRIUMPHOS,

ET PROSPERA QUÆQUE

EX ANIMO ADPRECATUR

JO. CHRISTOPH. WOLFIUS.

PRÆFA-

PRÆFATIO.

SIsto tibi, erudite Lector, novam Monumentorum, adhuc non editorum, collectionem, inposterum si DEO O.M. visum fuerit, per Fasciculos aliquot continuandam. Nata mihi illa est tum aliunde, tũ ex itineribus, quæ ante hos sedecim annos literarum causa suscepisse me, cum voluptate recordor. Accipis itaque hic Specimen duplex, alterum ad sacram, alterum ad profanam literaturam magis pertinens. Ita enim hujus instituti rationes formandas esse putavi, ut ad novitatem accederet varietas. Agmen ducit PHOTIUS, Patriarcha quondam CPolitanus, non minus de re sacra & Ecclesiastica, quam literis politioribus, apud æquales & posteros commentationibus suis, quæ ætatem tulerunt, præclare promeritus. Hujus libri IV. contra Manichæos veteres & recentiores exarati, lucem, qua tamen omnino digni erant, adhuc non viderunt. Primus eorum, fateor, a Præstantissimo & su-

pra laudes meas posito *Bernhardo de Montfaucon* cum Latina versione insertus est *Bibliothecæ Coislinianæ*, quam indefessæ Viri industriæ ab anno 1715. debere cœpimus, pag. 349. sqq. At cum egregium illud Opus in oris nostris rarius obvium sit, ista vero Photianæ commentationis pars inter tot alia præclara, quæ ibidem occurunt, opuscula quasi sepulta videatur, non solum consultum putavi, sed & necessarium, ut idem ille liber primus cum ceteris tribus hic recuderetur. Hujus consilii hanc præterea habeo rationem, quod intellexi, beneficio Codicis nostri Hamburgensis, quem in editione hac potissimum secutus sum, varia loca male accepta integritati suæ vindicari posse, quod ipsum mihi occasionem suppeditavit, interpretationem Latinam, alioquin optimam, hinc inde emendandi. Ne quid de notis dicam, quibus indigere videbatur egregia narratio, quæ ceteris omnibus, ad hoc argumentum spectantibus, & brevitate, & dictionis nitore, & rerum copia merito præfertur. Laudatissimus Montfauconius libri hujus primi editionem ex duobus Codicibus, *Coisliniano* altero, altero *Colbertino*, procuravit, quorum alter alteri interdum suppetias tulit. Num in

in utroque tres reliqui libri desiderati sint, dicere non habeo. Certe id suspicor, non sine veri specie, quia doctissimus Editor, quod alias facere consvevit, illorum in Codicis Coisliniani descriptione non facit mentionem. Fortasse omissioni in utroque Codice occasionem suppeditavit argumenti diversitas, cum liber ille primus tantum ad historiam Manichæismi, tres vero reliqui ad confutationem doctrinæ, quæ jam ab aliis suscepta erat, & qua proinde forte non adeo opus videbatur, spectent. In nostro Holsteniano integra commentatio, sine interrupto ordine, exstat. Nec dubitari potest, ab eodem Auctore libros singulos esse profectos, cum in calce primi spes diserte fiat ceterorum, qui confutationem errorum exhibituri sint, ac præterea ipsa scribendi commentandique ratio Photium referat. At librum I. Photium auctorem habere, præter constans Codicum MSS. testimonium, dubitare non sinit *Euthymius*, qui Parte II. Panopliæ suæ titulo XXI. compendium narrationis Photianæ totidem utplurimum verbis exhibet, & diserte Photio tribuit, iis verbis, quæ in notis ad p. 1. attuli.

Atque hæc quidem causa est, cur totam hanc scriptionem in lucem proferendam cen-

fuerim, nactus inprimis in ipsa hac Urbe tam insignem opportunitatem. Bibliotheca enim nostra Publica inter Græcos Codices, quos liberalitati Præstantissimi *Lucæ Holstenii*, civis nostri, debet, exhibet insigne Volumen ordinis majoris, quod, præter *Serapionis* & *Titi Bostrensis* contra Manichæos scripta, *Photianas* illas curas complectitur. Monumenta illa singula, quemadmodum & pleraque eorum, quæ Holstenius Bibliothecæ nostræ legavit, ἀπόγραφα exhibent, ex bonæ antiquissimæque notæ codicibus, a recentiori manu diligenter exarata, & ab Holstenio, ceu ex notulis quibusdam marginalibus patere videtur, recognita. Fortasse illorum copiam ipsi fecit Bibliotheca Vaticana, cujus curam agebat. Hujus conjecturæ hanc causam habeo. Cl. *Laurentius Alexander Zacagnius*, ejusdem Bibliothecæ quondam Præfectus, & an. 1712, 26. Febr. cum literarum jactura fatis functus, ex libro I. Photii, tum non edito, affert locum illustrem, quo Præsul diligentissimus Archelai, Carcharorum Episcopi, industriam, in compescendis Manichæorum veterum conatibus collocatam laudat. Eum infra in notis monui cum Apographo Holsteniano ita convenire, ut nulla prorsus differentia nisi in unius literæ scriptione observe-

ſervetur. Hinc conjecturua mihi fit, Holſtenium noſtrum eodem, quem is habuit, Codice uſum fuiſſe. Quanta vero cura exemplum illud Holſtenianum, ex primitivo non minus caſtigato, deſcriptum ſit, vel ex eo patet, quod illud unum ſemper bene habeat, ubi duo, Coislinianus & Colbertinus, ex quibus Cl. Montfauconius ſuam editionem curavit, diſſentiunt; paſſim vero etiam utrique, ubi labes eſt, ſuccurrat, & vix una alterave vice neceſſitatem mihi impoſuerit, a lectione ipſius recedendi. Exempla hujus aſſertionis in notis, Lector, invenies, quæ effecerunt, ut noſtro potiſſimum Codici putaverim inſiſtendum. In quo tamen negotio ita verſatus ſum, ut non negligerem auctoritatem duorum illorum *Pariſienſium*, quos Cl. Montfauconius ſecutus eſt. Iſtis vero adjunxi compendium Euthymianum, prout l. c. in Panoplia exſtat Tergobyſti Græce an. 1710. fol. edita, & a me olim, quod ad hanc partem ſpectat, deſcripta. Hæc enim ſumma paſſim noſtri Codicis lectiones adſeruit & vindicavit. Præſidio porro mihi fuit *Petri Siculi Hiſtoria* (Manichæorum) *ex MS. Codice Bibliothecæ Vaticanæ Græce cum Latina verſione edita per Matthæum Raderum*

Ingolſtadii 1604. in 4. Cum enim, quod ſubinde in notis oſtendi, inſignis inter *Photii* & *Petri Siculi* commentationes affinitas intercedat, quia in recenſendis veterum Manichæorum rebus eosdem auctores, in novorum autem eandem uterque rationem ſecuti ſunt, fieri non potuit, quin ſæpe is genuinam lectionem confirmaret, corruptam autem configeret. Quemadmodum viciſſim is, qui iſtam *Petri Siculi* hiſtoriam recognitione & verſione nova, quam omnino requirit, dignari velit, non parum ſubſidii ex Photiana hac ſcriptione ſibi cum ratione promittet.

Quæ dum memoro, non poſſum non ſignificare dubitationem, quam in notis meis profeſſus ſum, & in qua me adhuc hærere fateor, uter ſcilicet horum alterum in ſcribendo imitatus videatur. Alterum alterius veſtigia preſſiſſe non dubitabit, qvi utrumque ſcriptum comparaverit, & vel ea legerit, quorum indicium ipſe feci. Proferam hic unum convenientiæ argumentum, idque meo judicio luculentum, ex p. 17. ſqq. Ibi potiores Manichæorum recentiorum errores ad ſex capita revocantur. Totidem conſtituit Petrus Siculus p. 17. ſq. Hoc a nemine veterum fieri memini. Et ſi factum eſſet, vel ſic tamen rationi huic

ſuum

ſuum conſtaret pondus, quia utrinque idem ordo, & eædem interdum phraſes obſervantur. Compara, quæſo, quæ de primo Paulicianorum errore apud noſtrum p. 17. leguntur, cum his, quæ ex Siculo latine proferam: *Primum illorum axioma eſt, duo rerum eſſe principia, Deum malum & Deum bonum: aliumque hujus mundi conditorem ac principem, & alium futuri ævi. --- Age dic, inquit, quid nos a Romanis ſecernit? ſe ipſos enim exſecrati illi, & nefarii prorſusque ingrati & perfidi Chriſtianos nuncupant, nos autem vere Chriſti, veri Dei noſtri cognomines, Romanos, Ethnico nomine proprium permutare conati, appellant. --- Aſſerunt autem, ſejunctionem ſuam a nobis in hoc conſiſtere, quod ipſi quidem alium ajant eſſe Deum mundi conditorem, & alium, quem Patrem cœleſtem vocabant, excluſum a mundi adminiſtratione, ſolaque in æternitate dominantem.* Uter hic utrum duxerit, aut ſecutus ſit, arduum fuerit definire. Ætatis inveſtigatio hic rem non confecerit. Fuerunt enim æquales, & Sæculo IX. medio claruerunt. Photium A. C. 858. Patriarcham CPoli conſtitutum eſſe & A. 891. obiiſſe conſtat. Lege hanc in rem doctiſſimi amiciſſimique nobis *Jo. Alberti Fabricii* Bibliothecam Græcam Tom. IX. p. 369. & 370. Petrum Siculum eodem tempore

pore vixisse ex calce Historiæ ejus apparet. Referam argumentum verbis *Matthæi Raderi*, Editoris ejus, quæ in limine libelli ita leguntur: *Vixit Petrus Siculus A. P. C. N. præter propter DCCCLXX. quo tempore ex imperio Basilii & filiorum Constantini & Leonis, imperatorum Orientis, Legatus Tibricam, Armeniæ civitatem, ut de captivorum permutatione ageret, missus est, causamque feliciter, ut ipse extremis narrat paginis, cum novem Tibricæ menses moratus esset, transegit.* Itaque uterque provocare potuit in scripto suo ad ea, quæ a Manichæis sua ætate gesta vel viderit, vel audiverit. Cl. *Montfauconio* p. 349. Bibliothecæ Coislinianæ *narrationis* illius Photianæ *pars maxima ut plurimum desumta videtur ex historia de ortu progressu & occasu Manichæorum a Petro Siculo descripta.* In eandem sententiam penitus concederem, nisi obstaret, quod Photius in limine narrationis suæ varios alios allegans, quorum opera usus sit, *Siculum* nostrũ tacet, ad quem tamen pro candore, qui alioquin in eo observatur, hoc magis, siquidem ea usus fuisset, provocaturus fuisse videtur, quod ipsum rebus contra Manichæos gestis interfuisse ex ipsa comentatione nosset. Vicissim vix veri videtur simile, Petrum Siculum Photii forulos compilasse, inprimis in iis,

quæ

quæ ad recentiorum Manichæorum, ſeu Paulicianorum, hiſtoriam ſpectant. Ad eam enim ſcribendam invitatum & permotum ſe ait legatione regia, qua in oris, his hominibus refertis, perfunctus ſit. Verba ita habent Latine p. 3. *Ego vero inductus rei neceſſitate hoc muneris ſuſcepi, quando regia legatione perfuncturus ad ea loca acceſſi, ipſo excidio imperii Baſilii Magni Imperatoris noſtri, a Deo delecti, &c. Porro legatus ibam, ut de captivorum permutatione agerem* &c. *Tibricæ igitur legationis obeundæ cauſa apud Paulicianos diu moratus, ſæpe diſputando cum illis ſum congreſſus, illorumque arcana omnia per Catholicos etiam ibi degentes curioſe inveſtigavi* &c. Hic clarum eſt, Petrum videri velle eorum narratorem, quæ vel geſta ipſe viderit, vel ex æqualibus & Manichæis audiverit. Fortaſſe itaque ſic ſtatuendum fuerit, Petrum Siculum Photii commentationem ante oculos habuiſſe in enarranda veterum Manichæorum hiſtoria & doctrina, deinde, vero ubi ad recentiorum res (nam & horum doctrinas eodem modo, quo Photius, recenſet) pervenerat, proprium fundum conſuluiſſe. Et ſane minorem in extrema narratione inter utrumque Scriptorem convenientiam deprehendiſſe mihi videor, quam quæ

in

in limine & continuatione operis apparet. Veri quoque eſt ſimilius, Petrum Siculum, Scriptorem cetera incognitum, peritum Ducem, quem ſequeretur, elegiſſe, quam Photium, hominem in ſcribendo exercitatiſſimum. Monere denique & hoc liceat, Siculum æque, ac Photium, p. 17. & 21. Hiſtoriæ ſuæ promittere confutationem Manichæiſmi, imo eadem perfunctum eſſe, ea, quæ Photio ſe probavit, ratione. Raderus enim §. 4. Præmonitionis ſuæ ad Siculi libellum ex Jac. Sirmundi fide refert, duorum capitum, ex ſex illis, de quibus modo diximus, refutationem exſtare in Bibliotheca Vaticana manu exaratam, eamque ex nudis prope divinarum literarum teſtimoniis contextam. Idem hoc Photio curæ potiſſimum fuiſſe non negabit, qui librum ejus II. vel obiter inſpexerit.

Quicquid hujus erit, eruditorum non unus dignum cenſuit hoc opus, quod in lucem ederetur. Ita *Abrahamus Hinckelmannus*, ὁ μακαρίτης, Prædeceſſor meus, de Græcis literis non minus præclare quam de Orientalibus, promeriturus, luci id cum verſione ſua Latina, cujus partem perfecerat, deſtinabat. Vide Detectionem Fundamenti Böhmiani

p. 25.

p. 52. & 123. Illius ἀπόγραφον una cum Serapionis & Titi Bostrensis commentationibus supra memoratis, devenit postea in manus *Sebast. Gottfridi Starckii*, Professoris quondam Linguarum Oriental. Gryphiswaldensis ac deinde Scholæ Equestris Brandenburgensis Moderatoris, qui telam ab Hinckelmanno cœptam pertexturus erat, si per fata licuisset. Lege illius præfationem ad librum *Kelila Wadimna*, Græce ab ipso editum, in calce, & confer Cl. *Martini Dieterich* Programma singulare Berolini an. 1711. vulgatum, & memoriæ Viri Optimi destinatum. Idem animus fuit *Laurentio Alexandro Zacagnio* supra laudato, quod ex præfatione ejus ad Tomum I. *Collectaneorum Monumentorum veterum Ecclesiæ Græcæ* p. 15. intelligitur. *Sed ut ad Archelaum*, inquit is, *redeam, reperto hoc vetustissimo adversus Manichaeos opere ad nefariæ eorundem hæreseos historiam conscribendam animum admovi, eique non modo integram Archelai disputationem, sed & Photii Patriarchæ CP. libros IV. adversus Manichaeos suo tempore iterum exortos, aliaque multa adhuc inedita magnique facienda veterum Auctorum scripta, appendicis loco subjungere decreveram: sed doctissimorum Virorum consilio factum est, ut in antecessum acta ista in primo Collectionis nostræ tomo ederentur.*

Ho-

Horum itaque exemplo adductus de perficiendo hoc negotio jam ante aliquot annos, consilium cepi, nuper vero serio cogitavi, postquam vidi, Cl. *Jacobum Basnage*, in Specimine novæ, quam suscepit, editionis Antiquarum Lectionum Canisii, *Serapionis* & *Titi Bostrensis* scripta contra Manichæos ex apographo Codicis Holsteniani, quod a S. Rever. *Jo. Friderico Wincklero*, Collega meo conjunctissimo, accepit, Græce edidisse, cum antea ibi Latine tantum legerentur. Consultum itaque putabam, efficere, ut Triumviri isti, quos eodem Volumine MS. junctos videbam, publice inposterum non essent disjuncti, inprimis cum viderem, Photium in Confutatione sua duorum istorum laborem supplere. Illi enim, ut de historia hæreseos pestilentissimæ tacent, erroresque ipsos argumentis, ex ratione & Philosophia petitis, oppugnant; ita Photius narratione historica egregie persungitur, ac furorem illorum hominum ex Scriptura diviniore compescendum sumsit.

Ita enim rationes suas in toto opere hoc instituit Photius, ut lib. I. tantum historiam tradat, reliquis vero potiores eorum errores profliget, atque adeo lib. II. contra eos evincat, Deum eundem & animas & corpora & cete-

cetera ſenſibus ſubjecta condidiſſe; lib. III. Veteri Teſtamento originem divinam vindicet; IV. denique varia repetat, ad eadem argumenta pertinentia, & exceptionibus Manichæorum nonnullis ſatisfaciat. De titulo, quem libro II. præfixum videbis, ita habe. Is non tam proxime & ſigillatim ad librum illum quam ad reliquos duos pertinet, & generalem operis Inſcriptionem, ab alia manu profectam, ſiſtit, docetque quod illud in oppugnandis Manichæis eorumque exceptionibus repellendis occupetur. Promittit enim ἀποϱίας καὶ λύσεις τῶν Μανιχαίων h. e. *Dubia Manichæorum eorumque ſolutiones.*

De notis, quas addidi, ita exiſtima. In lib. I. illuſtrando diffuſior, in altero parcior fui in reliquis idem futurus. Hiſtorica enim illa hinc inde vel luce ex antiquitate, vel robore ex conſentientibus aliorum teſtimoniis indigere, viciſſim vero dogmatica ſua radiare luce mihi videbantur.

Iſtam Photii commentationem ſequuntur Notæ & emendationes, quas Viri docti manus ad exemplum Dionis Chryſoſtomi, in

 Biblio-

Bibliotheca Bodlejana ex editione Parif. anni 1623. obvium, alleverat. Eæ jampridem dignæ mihi luce visæ sunt ob auctoris ἀγχίνοιαν, acumen & singularem Græcæ linguæ notitiam, quæ ex illis undiquaque elucent. Eæ sine additis emendationum argumentis ac fulcris, prout legenti in mentem venerant, in chartam erant conjectæ. Partem itaque earum uberius illustrandam & probandam censui, ut sic hoc magis constaret, feliciter ut plurimum, etiam sine codicum aliorum subsidio, auctorem conjecisse. Has meas accessiones sub initium formis aliis exprimendas censui, deinde vero id facere neglexi, sufficere ratus, si hoc loco monerem, auctorem rarissime sententiæ suæ causas attulisse. Neque eodem modo omnes persecutus sum, quia verebar, ne longior legentibusq; tædio essem. In Auctorem apud *Jo. Hudsonum*, tum temporis, cum hæc describerem, magna cum laude & literarum emolumento Bibliothecæ Bodlejanæ invigilantem, inquisivi, qui tamen, præclare alioqvin de illo sentiens, frustra se

ſe in eo detegendo hactenus fuiſſe affirmabat. Anglus gente omnino fuit; ex Lingua enim Anglicana hinc inde v. c. pag. 277. obſervationibus ſuis lucem affundit. Allegat idem p. 274, notas ſuas in *Themiſtoclis* epiſtolas, quas ſcilicet, ut interpretor, manu in margine exemplaris ſui conſignaverat. Ex quo patet ipſi more receptum fuiſſe, ut notulis ejusmodi lectionem Auctorum diſtingueret. Caſaubono præterea minus favit, quod appareret ex ſtricturis, quibus inDiatribã ejus adDionem inclementius nonnunquam graſſatus eſt. Suſpicabar fere, *Joanni Boiſio*, cui eximias in Chryſoſtomum notas & *Veteris Interpretis cum Beza aliisque recentioribus Collationem* debemus, eas adſcribendas eſſe. Is enim in emendandis & illuſtrandis Chryſoſtomi orationibus parem conjiciendi & libertatem & felicitatem, nec minorem Linguæ peritiam probaſſe, eandemque in omnibus rationem ſecutus mihi videtur. Eam ipſe Boiſius in notis ſuis in Chryſoſtomum Tomo ultimo editionis Savilianæ p. 842. de-

ſcripſit his verbis: *Quam mihi nulla religio ſit, etiam locis pene deſperatis manum nonnunquam admovere, teſtes ſingulæ annotationum mearum paginæ, in quibus nihil frequentius, quam conjecturæ, haud alio fundamento quam audacia niſæ.* Si ab ultimis verbis, quæ auctor præ modeſtia minus benigne de ſe protulit, diſceſſeris, has in Dionem annotationes ad vivum deſcriptas videbis. Sed hæc cogitanti ſe mihi obtulerunt loca in ipſis illis in Chryſoſtomum notis, nec non in laudata *Collatione*, in quibus honorificam, atque adeo longe aliam, quam in his fieri ſolet, Caſauboni mentionem facit. Sufficiat afferre, quæ pag. 39. notarum in Chryſoſt. leguntur. *Obſervatum hoc idem eſt*, inquit, *& eruditiſſimo Caſaubono noſtro* (*noſter enim jam eſt non uſu ſolum ſed nexu, &, ut ſpero, ſemper erit.*) Deinde *Henr. Savilium*, Virum ἑλληνικώτατον in ſuſpicionem vocavi, præeunte inprimis Amico, cujus judicio permultum tribuo, qui, eum alieno a Caſaubono animo fuiſſe, legere ſe meminerat. At paulo poſt muta-

mutavi animum, quando intellexi, ipſum illum *Savilium*, in notis ſuis in Chryſoſtomum, Caſaubonum nunquam non cum honoris præfatione appellare. Vide v. c. pag. 6. 9. 10. & 13. Incidebam deinde in *Gerh. Langbænium* & *Thomam Gatackerum*: ſed prioris manus, ex aliis ejus αὐτογράφοις mihi cognita, in his notis non obſervata mihi fuit; poſterior vero in ſcriptis Criticis, alioquin cedro dignis, eam non probat ſagacitatem, quam in noſtro admiratus ſum. Quemadmodum nec *Jo. Seldenum*, inter cujus libros hoc exemplar Bibliotheca Bodlejana aſſervat, in Græca literatura paria huic præſtare potuiſſe exiſtimo. *Andreas Dounæus*, Prof. olim Græcæ L. Cantabrigienſis, (cujus ſingularem Græci ſermonis notitiam Prælectiones ejus in *Demoſthenis* Philippicam de Pace, & notæ in Chryſoſtomi nonnullas homilias prædicant, dignumque ſiſtunt elogio, quo a *Barneſio* p. 113. ad Anacreontem mactatus eſt,) videri auctor poterat, niſi & is p. 85. Prælectt. in Demoſth. æquiorem in Caſaubonum

bonum animum probasset. *Thomas Galeus*, *Jac. Duportus* & *Isaacus Vossius*, eam ætatem non attingunt, qua hæ notulæ exaratæ videntur. Has de Auctore conjecturas aperui, ut alios excitarem ad amplius cogitandum, quamvis cetera parum referre existimem, nosse, cujus labori hæc debeamus. Sufferit mihi, si illa fortasse inposterum inservire possint homini erudito, qui, quod ego ante hos duodecim annos animo destinabam, mellitissimum Scriptorem nova luce ornandum putet. Ita habes, Benevole Lector, quæ in limine præmonenda erant. In Tomo, proxime, si Deo ita visum fuerit, secuturo, posteriores duos Photii libros contra Manichæos cum aliis quibusdam exspectabis. Ita vale.

a) Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Φωτίου Διήγησις περὶ τῆς Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως.

Ejusdem Sanctissimi Photii Narratio de Manichæis recens repullulantibus.

I. Πολλοῖς b) ὁρῶντες ἀγνοούμενον, ὅθεν δὴ τὴν ἐπωνυμίαν τὸ βδελυκτὸν τοῦτο καὶ νεοφανὲς τῶν Παυλικιανῶν ἐκληρώσατο σύ-

I. Cum multis ignotum esse videamus, unde nam exsecrandus ille nuper exortus Paulicianorum cœtus hoc nomen

A συςη,

a) Τοῦ αὐτοῦ &c. Ita habet titulus Apographi Holsteniani, quamvis in eo volumine, quod in Bibliotheca nostra publica exstat, nihil quidquam Photii præterea legatur, sed *Serapionis* & *Titi Bostrensis* contra Manichæos commentationes proxime antecedant. Hinc forte non præter rem colligas, in Codice Vaticano, ex quo Holstenius Photiana hæc describi forte curavit, alia ejusdem lecta fuisse. Codex *Coislinianus* titulum nonnihil, sed vocibus tantum diversum, exhibet ita: Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐν συνόψει διήγησις τῶν νεοφαντῶν Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως. Ceterum ipsum hoc Photii opus edituri erant, si per fata licuisset, Viri præstantissimi, de quibus in præfatione diximus. Photii genuinum esse opus, tum dictionis genus tum inprimis luculentum *Euthymii*, Sec. XII. Scriptoris, testimonium in Panoplia Dogmatica Tit. XX. contra Paulicianos exstans, ubi is copiosa excerpta ex his Photii libris affert, eaque ipsius nomini inscribit. Afferam

στημα, καὶ πολλὴν ἐσκεδασμένην ἀνακόλουθόντε καὶ διάφορον τὴν περὶ τοῦτο συρομένην εἰς πάντας ὑπόνοιαν· c) οὐκ ἄκαιρον ἡγησάμην βραχέα τινὰ καὶ

acceperit, ac varias ea de re nec sibi mutuo consentaneas opiniones circumquaque sparsas esse sciamus; non abs re fore duxi, quæ narratu

hic verba, prout in editione Operis Euthymiani Tergobystensi Græce leguntur: χρὴ δὲ γινώσκειν, inquit, ὡς ὁ ἐπιλεξάμενος ἐγὼ τάπε ἤδη ῥηθέντα καὶ τὰ ἐφεξῆς ὑποτεταγμένα τῷ παρόντι τίτλῳ Κεφάλαια τὰ μὲν καθ' ὁλόκληρον τέθεικα, τὰ δὲ κατ' ἐπιτομὴν, τὸ μῆκος ἐκκλίνας. Τινὰ δὲ τῶν ἐν τοῖς συγγράμμασι τοῦ δηλωθέντος Πατριάρχου καὶ πάντη παρέδραμον, ὅσα διὰ βαθύτητα νοημάτων ἢ καὶ διὰ τὸ λίαν ἐμπερίβολόν τι καὶ ἐγκατάσκευον ὀλίγοις μὲν ἦσαν πρόσιτα, καὶ εὐάρεστα, τὰς αὐτὰς δὲ σχεδὸν παριστῶν ἐννοίας τοῖς ἐκλεγεῖσιν, εἰ καὶ δι' ἄλλων λέξεων καὶ ἑτεροτρόπων ἐπιχειρημάτων συνεπεραίνοντο. Quæ quidem *Franc. Zinus* Tomo XIX. Biblioth. Patrum p. 206. ita Latine convertit: *Illud sciendum est, me, qui capita hæc, quæ in hoc titulo continentur, collegi, partim integra posuisse, partim, ut longitudinem evitarem, compendio comprehendisse, & ex Patriarcha, quem ante commemoravi, scripta ea prætermisisse, quæ vel profundiora vel imperfectiora paucis essent profutura, aut placitura, sententias tamen easdem, licet aliis verbis, aliisque dicendi rationibus retinui.*

b) ὁρῶντες] ὁρῶν τε Colbertinus, male.

c) οὐκ ἄκαιρον] Coislinianus præmittit καὶ, quo opus non est, unde nec in Hamburgensi legitur.

καὶ ἅπερ ἀνεπυθόμην παρὰ τῶν βδελυξαμένων καὶ μετανοίας δάκρυσι τὸ τῆς ἀποστασίας ἀποπλυναμένων ἄγος, d) καθωμιλημένῳ καὶ συντόμῳ λόγῳ περὶ ταύτης διαλαβεῖν τῆς προθέσεως, καὶ εἴ τι ἄλλο παρὰ τὰ πάλαι δόξαντα τοῖς e) ἀπὸ Μάνεντος ἐνεωχμώθη τε καὶ συγκατεσκευάσθη τοῖς ὕστερον.

eorum accepi, qui hujusmodi defectionis scelus deteſtati fuerant, pœnitentiæq; lacrymis abluerant, populari brevique ſermone de hoc argumento recenſere, eaque addere, quæ præter priſcorum Manichæorum ſententiam a poſteris eorum novata & adinventa fuerunt.

II. Σαμώσατα πόλις ἐστὶ

II. Samoſata urbs eſt

A 2

d) καθωμιλημένῳ] per *populari* reddendum cenſui, cujus in verſione eruditiſſimi Interpretis non habita erat ratio; Brevem quidem narrationem hanc ſuam de Paulicianis appellat Photius, ex qua tamen plura diſcas, quam ex reliquis omnibus, qui huc curas ſuas retulerunt, ipſo etiam *Petro Siculo* non excepto, cujus hiſtoria de ortu progreſſu & occaſu Manichæorum Sæculo IX. fere inclinante ſcripta, & *Ingolſtadii* a Matthæo Radero Græce & Latine an. 1604. in 4. edita eſt.

e) τοῖς ἀπὸ Μάνεντος i. e. *Manetis aſſeclæ*. Ita enim Græci paſſim. Sic *Apollonius* ep. 16. οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ ἀπὸ Ὀρφέως, i. e. *Philoſophi Pythagoram vel Orpheum ſecuti*. Diverſæ nonnihil notionis phraſes ſunt ὁ ἀπὸ φιλοσόφων, ὁ ἀπὸ νοταρίων i. e. *qui Philoſophus* vel *notarius fuerat*. Non opus eſt, ut moneam de diverſa nomẽ Manetis apud Græcos & Latinos flectendi ratione; apud illos enim nunc Μάνου, nunc Μάνεντος, apud hos vero *Mana*, *Manetis* & *Manis* formam legas. Si tamen *Suidam* audias Tom. II. p. 492. Μάνεντος declinandum fuerit.

ἐστὶ τῆς Συρίας, ἐν ᾗ πάλαι τὸ Μανιχαίων θεοστυγὲς f) ἐπεκώμασε φρόνημα. Ἐν ταύτῃ γυνή τις ὀνόματι g) Καλλινίκη τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ὅλον ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα τὸν βόρβορον, δύο τίκτει παῖδας, ὡς εἴθε μὴ ὤφειλεν, ὧν ὁ μὲν Παῦλος, τὸν δὲ Ἰωάννην ὠνόμαζον. Οὗτοι παῖδες οὐδὲν ἧττον τῆς γαστρὸς ἢ τῆς αἱρέσεως h) ἐκείνης γενόμενοι τῆς κακοδαίμονος, i) ἄκρατον τὸν ἰὸν τῆς ἀποστασίας εἰσεδέξαντο. Καί γε τῶν ἄλλων ἐπὶ τῇ δυσσεβείᾳ διαφέροντας καὶ δραστηρίους ὄντας τὸ κακοποιῆσαι κήρυκας τῆς ἀνομίας τοῦ τοιούτου μύσους

Syriæ, ubi olim Manichæorum doctrina Deo perosa floruit. Ibi erat mulier quædam nomine Callinice, quæ totũ hujus hæresis cœnum in se collegerat. Hæc duos parit filios, quod utinam Deus avertisset: alium Paulum, alium Joannem appellarunt. Hi non minus infaustæ illius hæresis, quam uteri proles, defectionis virus sine ullo temperamento acceperunt. Illos vero utpote impietate alios præstantes & actuosos, maloque fovendo natos, qui tum

ἀνο-

(f) ἐπεκώμασε] ita scribendum censui pro ἐπεκόμασε Coisliniani. *Euthymius* tit. 20. Panopliæ, ubi excerpta ex Photiano scripto exhibet, quæ subinde cum nostris his ex editione Græca Tergobysti an. 1710. fol. curata comparabimus, habet eodem sensu εἰσεκώμασε.

g) De Callinice lege *Cedreni* Annales p. 356.

h) ἐκείνης, *illius*, ex MS. Hamb. addidi.

i) ἄκρατον, purissimum, non mutatum: confer de vo-

οἱ k) μύσαι καὶ μυσαγωγοὶ εἰς τὴν τῶν l) Αρμενιακῶν οὕτω νυνὶ καλουμένην χώραν ἐξέπεμψαν. Φανάρεια δὲ αὐτοὺς ἐπιχωρίῳ γλώσσῃ τὴν κλῆσιν ἡ κώμη λαβοῦσα πρὸ τῶν ἄλλων ὑπεδέξατο, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας ἐνεκυμόνησε σπέρματα, ἐξ οὗ καὶ τὴν προσωνυμίαν ἕν τι τῶν περιεχομένων αὐτὴν χωρίων m) Επίσπαρις ἐκληρώσατο. Ἐκ θατέρου τοίνυν τῶν εἰρημένων, ὅτῳ Παύλος ἦν ὄνομα, ἀντὶ τοῦ γιγνώσκεσθαι διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρωνυμίας τὴν τῶν n) Παυλικιάνων κλῆ-

detestandæ sectæ præfecti & mystagogi erant, in regionem Armeniacorum, ut nunc vocant, ad prædicandam impietatem miserunt: Phanarea, vicus sic ab incolis dictus, eos ante alios omnes excepit, impietatisque semina fovit; unde etiam unus ex circumpositis vicis *Epispariæ* nomen sortitus est. Ex prædictorum igitur altero, cui Paulo nomen, defectionis amatores, mutata ea, quæ a Christo derivatur, nomenclatura Pauliciani appel-

cis hujus notione erudite exponentem *Thom. Gatakerum* in Adversariis Miscellan. cap. V. p. 42. edit. Londinens.

k) μύσαι καὶ μυσαγωγοὶ] per illos discipuli & initiati; per hos doctores & ad Sacra illa sacerrima duces proprie indicantur, phrasi, nostro & aliis Ecclesiasticis Scriptoribus, inque his *Gregorio Nazianzeno*, perfamiliari.

l) Αρμενιακῶν ita Coislin. noster Αρμενιάκων. Malim prius.

m) Επίσπαρις] ab ἐπισπείρω, dissemino.

n) Παυλικιάνων ita noster: Coislinianus habet Παυλικιανῶν: malim priorem flectendi rationem, quam & in Euthymio observatam vidi, & res ipsa commendat, si

σιν οἱ τῆς ἀποστασίας ἑ-ταῖραι μετηλλάξαντο, οἱ δὲ ἐκ ἐκ θατέρε φασιν, ἀλλ' ἐξ o) ἑκατέρε συν-

lati sunt. Alii dicunt non ex altero, sed ex utroque conjunctis nominibus denominatio-

να-

ex duobus Pauli & Joannis nominibus eam appellationem conflatam credamus. Interim diversimode hæretici illi apud veteres vocantur, quod pridem observavit *Jo. Baptista Cotelerius* ad Tomum I. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ p. 738. b. nempe Παυλικίανοι, Παυλικιάνοι & Παυλικιανοὶ, item Παυλιανισταὶ: videatur idem ad Tom. III. p. 638. *Paulus* ille, a quo nomen ferunt, ne cum *Samosateniano*, Sæculi III. hæresiarcha, confunderetur, a veteribus Μελανε i. e. *Nigri* cognomine insigniri solet, v. c. a *Timotheo*, Presbytero CPolitano, de receptione Hæreticorum Tomo III. Monumentorum Coteleriannorum & *Sophronio* Hierosolymitano Act. XI. Synodi VI. Παῦλος ὁ μελανὸς, ἐ μόνον δὲ λεγόμενος, ἀλλὰ καὶ γενόμενος κατὰ ἀλήθειαν. i. e. *Paulus Niger, non solum nomine, sed & ex rei veritate.* Ex quo intelligitur, non confundendos esse utriusque factionis homines, quod usu venit *Theodoro Balsamoni* in Canonem Nicænum 19.

(o) ἑκατέρε] ita statuit & *Anna Comnena* p. 450. Alexiados, Paulicianos dici scribens quasi Παύλες καὶ Ιάννες. Sic & *Zonaras*, ubi de Michaele: κατὰ τὴν ἑώαν δὲ τὸ τῶν Μανιχαίων πλῆθος ἦν πολὺ, οἱ καὶ ἀγροικότερον παρὰ τε δημώδες ὄχλε καλεῦνται, ἐκ Παύλε καὶ Ιωάννε τῆς κλήσεως συγκειμένης αὐτοῖς. i. e. *In Oriente vero Manichaeorum magna erat copia, qui & minus eleganter a vulgo nomine ex Paulo & Joanne conflato appellantur.* Παυλοιωάννες vocat Blastares. *Publicanos* imo & *Populicanos* inferiori ætati dictos monuit *Carol. du Fresne* ad Alexiam p. 412. Abrahamus ille, qui in Syria, revo-

ἀφθέντων ἀλλήλοις τῶν ὀνομάτων εἰς ἐκβαρβαρωθεῖσαν ἐπίκλησιν σύνθετον, p) καὶ ἀντὶ τοῦ Παυλοιωάνναι καλεῖσθαι αὐτοὺς ὅπερ νῦν ὀνομάζονται.

III. Χρόνου δὲ διαῤῥυέντος ἕτερον αὐτοῖς τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον χειροτονοῦσι διδάσκαλον, ὃς ἐκ τῶν γεννησαμένων Κωνσταντῖνος ἑλκων τὴν κλῆσιν εἰς Σιλουανὸν ἑαυτὸν q) μετωνόμασε. Καὶ

nem accepisse barbaram, & pro eo, quod Pauloioannes dici debebant, appellari ita, ut nunc vocantur, (i. e. *Pauliciani.*)

III. Elapso tempore defectionis senatus ille alium sibi constituit doctorem, qui a Parentibus *Constantinus* appellatus, hoc nomen mutavit in *Silvanum*. Et qui-

cata ex orco Paulianistarum hæresi, asseclis suis *Abrahamitarum* nomen paravit, non recentioris illius Pauli, sed autiquioris doctrinas defendit. Vide *Barthol. Herbeloti* Bibliothecam Orientalem p. 16. b.

p) καὶ ἀντὶ τοῦ] ita hæc vertenda putavi, pro eo, quod Vir doctus: *& Pauloioannes illos etiam nunc appellari.* Photius enim id sibi vult, hæreticos hos pro eo, quod vi originis suæ vocandi erant Pauloioannes, barbare i. e. minus ad hanc originem accommodate vocari *Paulicianos.* Ita omnino cepit mentem Photii Euthymius, hoc loco ita scribens: ἀπὸ τούτων δὲ τῶν δύο, Παύλου καὶ Ἰωάννου τοῖς μαθηταῖς αὐτῶν ἡ προσωνυμία τῶν Παυλικιάνων ἐπετέθη συντεθεῖσα βαρβαρικώτερον, καὶ ἀντὶ τοῦ Παυλοιωάννοι Παυλικιάνοι κατονομάζονται i. e. *a duobus vero istis, Paulo & Joanne, eorum discipulis, Paulicianorum nomen illis barbara quadam formatione, impositum est, atque sic pro Pauloioannes vocantur Pauliciani.*

q) μετωνόμασε] Metonomasia, scilicet antiquissimis quo-

γε τοῦτον πολλῷ τῶν Καλλινίκης παίδων οἱ τῆς ἀποστασίας ὑπασπισαὶ ἐπίπροσθεν ἄγουσιν. Οὗτος δὴ οὗτος ὁ δεινότατος κακουργῆσαι τὰ ἀτόλμητα, τὰ μὲν αἱρετικὰ φρονήματα γραφῇ παραδοῦναι οὐκ ἐθάῤῥησεν. Ἔθει δὲ καὶ συνεχεῖ διδασκαλίᾳ κατασφαλισάμενος τοῖς μυσταγωγηθεῖσι κατέχειν ἀπαράτρωτα τὰ τῆς ἀσεβείας r) παρακατατίθησιν s) ὄργια. Τὸ

dem hunc multo pluris habent defectionis primipilares quam Callinices filios. Hic itaque, hic inquam ad nefaria & non audenda perpetranda promtissimus, hæretica tamen illa dogmata scripto tradere non ausus est. Moribus autem ac frequenti doctrina impietatis Orgia a) discipulis suis firmiter tenenda tradit.

μὲν

que hæreticis recepta fuit, nominatim Ebionitis, & ætate illis proxima, de quibus lege *Mich. Siricii* Ἄσκημα de Ebionitis p. 6. 7. Adde Cl. *Jo. Molleri* Homonymoscopiam p. 764. Manetis vero asseclæ recentiores hunc morem commendatum sibi habuerunt, exemplo Manetis ipso forte adducti.

r) παρακατατίθησιν] ita recte Coislinianus, cujus lectionem confirmat *Euthymius*: noster mendose habet περικατατίθησιν, errore admodum obvio, cum nihil frequentius sit, quam ut præpositiones παρὰ & περὶ secum invicem permutentur. Vide, quæ huc exempla affert diligentissimus *Cotelerius* ad Tom. II. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ p. 655. & ad Tom. III. p. 531. 532.

s) ὄργια] cum Orgiis, Eleusiniis aliisque Gentilium sacris, quæ præ ceteris celari homines non initiatos solebant, hæreticorum disciplinam comparare consveverunt Scriptores Græci veteres, *Irenæus* inprimis & *Origenes*. Confer etiam Auctoris τῶν Φιλοσοφουμένων, quæ Origenis

μένΤοι Εὐαγγέλιον καὶ τὸν t) Ἀπόστολον u) ἃ καὶ τὸ θεῖον τῶν Χριστιανῶν περιπτύσσεται καὶ τιμᾷ σύνταγμα, ἐγγράφως τούτοις παρέθετο, τοῖς ῥήμασι μὲν καὶ ὀνόμασιν οὐδὲν μέγα παραλλάττων, οὐδὲ κατακιβδηλεύων τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, καθάπερ x) Οὐαλεντῖνος καὶ ἕτεροι, ὅλον δὲ τὸν νοῦν τῆς εὐ-σε-

Evangelium quidem & Apostolum quæ divinus Christianorum cœtus complectitur & honorat, descripta ipsis tradidit, nulla facta in verbis & nominibus alicujus momenti mutatione, neque adulterata verbi forma, ut Valentinus & alii fecerant; sed pio sen-

nomen falso præferunt, præfationem, & quæ ad eam in notis dixi, p. 6. & 7. Quemadmodum enim *Gregorius Nazianzenus* Orat. XXXIX. eorum sacra σιωπώμενα καὶ σιωπῆς ἄξια vocat, ita Pseudo-Origenes l. c. scite observat, quod hæretici διὰ τοῦ σιωπᾶν καὶ ἀποκρύπτειν τε τὰ ἄρρητα ἑαυτῶν μυστήρια ἐνομίσθησαν πολλοῖς Θεὸν σέβειν.

t) Ἀπόστολον] i. e. scripta Apostolica, præter epistolas Petrinas, quam in rem lege infra §. VIII. Interim *Augustinus* lib. IX. contra Faustum hanc eorum sententiam referens, *veruntamen si ejus est & prior illa sententia, nunc emendata est; sin fas non est, Paulum inemendatum dixisse aliquid unquam, ipsius non est;* satis innuit, quomodo dictorum Paulinorum atque adeo & ceterorum auctoritatem, ubi libuerit, subterfugere consveverint.

u) ἃ καὶ] ita restitui ex nostro, pro εἰ καὶ, quod habet *Coulin.* Certe Euthymius eandem lectionem exhibet.

x) De Valentinianorum aliorumque Hæreticorum studio Scripturas Canonicas cum apocryphis permutandi, vel interpolandi, lege vel Philastrium de Hæresibus, Hæresi LXXXVIII. & quæ ibi erudite monuit doctissimus con-

σεβείας διαστρέφων καὶ καταθερίνων καὶ πάντα ποιῶν καὶ περιέλκων πρὸς τὸ τῆς ἀποστασίας αὐτοῦ φρόνημα καὶ τὰ μὲν y) ῥητὰ, ὡς z) εἴρηται, δίδωσι a) κατέχειν τοῦ Ευαγγελίου μήτε παρενθήκαις μήτε προσθήκαις b) ἀνέδην c) λυμαινόμενος. Ανάπτει δὲ τοῦ-

su penitus, subverso atq; corrupto, nihil non agens, ut omnia ad defectionis suæ sententiam pertraheret. Et verba quidem divini Evangelii, ut dictum est, tradebat, nullis parenthesibus vel additionibus aperte vitiata, sed iis sensa subjiciebat, cum qui-

τοις

junctissimus *Fabricius* noster. Adde ejusdem notas ad Codic. Pseudepigraphum N. T. Tom. II. p. 922. sq.

y) ῥητὰ] ita Coislin. & noster: malim tamen cum Euthymio ῥήματα.

z) εἴρηται] ita noster cum Euthymio. Coislin. legit ἐῤῥέθη sensu eodem.

a) κατέχειν] supplevi ex nostro, cum quo consentit Euthymius, suffragante ipsa dictionis serie.

b) ἀνέδην] ita & noster: Colbertinus, monente Cl. Montfauconio, legit ἀναίδην, quod & recepit Euthymius. Scilicet utraque scriptio, sine mutata vocis significatione, apud Scriptores obtinet. De significatione diligenter agit, ut solet, *Jac. Perizonius* ad *Aeliani* Varias Historias lib. I. c. 4.

c) λυμαινόμενος] ita recte Coislinianus, nec minus Euthymius: noster mendose λυμαινομένους, quam formam nec verbi conditio nec contextus patitur. Quod ad rem ipsam attinet, mitius hic de institutis Paulicianorum exposuisse videtur Photius, negans, eos libris sacris falsarias manus intulisse. Alia fere credere jubet Titus lib. I. contra Manichæos p. 16. Codicis MS. Hamburg. Postquam enim is observaverat, Manichæos æstimationem

τοις καὶ ὑποβάλλει νοήματα, οἷς ἁρμόζει μὲν οὐδὲν τῶν ἱερῶν ῥημάτων, οὐδεμία δὲ τούτοις ἀκολουθία ἐνορᾶται, μάχεται δὲ πρὸς ἄλληλα, καὶ ὑπὸ πάντων μᾶλλον δηλοῦται ἡ τῶν Ἀποστολικῶν τε καὶ Εὐαγγελικῶν λογίων. Ταῦτα δὲ οὖν προκαταθέμενος, μηδὲν ἕτερον αὐτοῖς ἀναγινώσκειν d) παρά τε τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὸν Ἀπόστολον δόγμα τίθησιν. Ἀλλ' ὁ μὲν μετὰ χρόνον ἀπεφθάρη τὴν

bus sacra eloquia nihil affinitatis habent: nulla inter hæc convenientia perspicitur, imo illæ inter se pugnant, & ab his omnibus magis ostenditur Apostolicorum & Evangelicorum verborum consensus. His itaque constitutis decretum ponit, nihil ipsis esse legendum præter Evangelium & Apostolum sed illa quidem, elapso quodam tempore, ma-

δησιν

Evangeliorum simulare potius, quam re ipsa præstare, pergit ita: Ἔδει γὰρ αὐτοὺς, εἴγε τὰ Εὐαγγέλια ἐτίμων, μὴ περιτέμνειν τὰ Εὐαγγέλια, μὴ μέρη τῶν Εὐαγγελίων ἐξυφελεῖν, μὴ ἕτερα προσθῆναι μήτε λόγῳ, μήτε ἰδίᾳ γνώμῃ τὰ Εὐαγγέλια προσγράφειν. Προσγεγράφήκασι γοῦν ὅσα βεβούληνται, καὶ ἐξυφείλαντο, ὅσα κεκρίκασι. Confer similia apud eundem lib.I. p.19.& lib.III. p.2. Adde Acta Archelai p.99. Atque hæc quidem cum Photii illis conciliari vix possunt, nisi dicas, Titum & Archelaum de veteribus illis Manichæis loqui, Photium vero de recentioribus, Paulicianis scilicet, quos idem passim testatur in nonnullis capitibus a majorum suorum, quorum etiam nomina interdum detestati sint, furore abiisse.

d) παρά τε] noster παρὰ sed cum Coisliniano facit *Euthymius.*

ψυχὴν πλέον τοῦ σώματος.

IV. Μετὰ δὲ τὸν Σιλουανὸν, Συμεὼν αὐτῶν τοῦ δυσσεβοῦς διδασκαλείου προΐσταται, Τίτον καὶ e) αὐτὸς ἑαυτὸν μετονομασάμενος. Ἑξῆς δὲ f) Ἀρμένιος γένος, Γεγναίσιος ὄνομα, μετακληθεὶς εἰς Τιμόθεον. Καὶ τέταρτος Ἰωσὴφ ὁ εἰς Ἐπαφρόδιτον μεταβεβλημένος τὸ κύριον. Εἶτα Ζαχαρίας, ὃν οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα αἱρέσεως μισθωτόν τε ἡγεῖται καὶ τῆς διδασκαλικῆς αὐτῶν προεδρίας ἀνάξιον. Ἕκτος αὐτοῖς ἐπιγίνεται Βαάνης ὁ ῥυπαρὸς, ἐφ᾽ οἷς ἕβδομον καὶ τελευταῖον κακὸν Σέργιος

gis anima, quam corpore, periit.

IV. Post *Silvanum* impiæ doctrinæ magisterium obtinet *Simeon*, qui nomen & ipse suum in *Titum* commutavit: deinde Armenius quidam gente, nomine *Gegnæsius*, qui nomen suum vertit in *Timotheum*. Quartus *Joseph*, relicto proprio nomine, se *Epaphroditum* vocari fecit. Postea *Zacharias*, quem pars hæreseos non minima mercenarium putat, & doctrinæ magisterio indignum. Sextus ipsis advenit *Baanes*, impurus ille, quem excipit septimum & postre-

ἀνα-

e) αὐτὸς] ita noster cum Euthymio. Coislinianus non æque bene οὗτος.

f) Ἀρμένιος γένος Γεγναίσιος] ita noster, cum quo prorsus conspirat Colbertinus. At Coislinianus vocem γένος omittit, quam nec habet Euthymius, qui præterea Γεγναισίου nomen in Γενεσίου transfert. Videri itaque poterat vox γένος ex nomine Γενεσίου irrepsisse. De priori utram lectionem admittas, ad sensum parum refert.

ἀναφύεται, εἰς Τυχικὸν δὲ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν μετεκάλεσεν. Ἀλλ' οἱ μὲν τῆς ἀποστασίας αὐτῶν διδάσκαλοι, ἀφ' οὗ τῆς Παύλου μετωνυμίας ἔλαχεν τὸ ἀποστατικὸν τοῦτο καὶ μισόχριστον σύνταγμα μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς ἥκοντος χρόνου ἐπὶ τοσοῦτον προήχθησαν. Ἐκεῖνο δὲ g) δεῖ καλῶς ἐπιστῆσαι καὶ εἰδέναι, ὡς οἱ νῦν τῆς ἀποστάσεως ταύτης παῖδες, h) ἐπειδὰν αὐτοὺς τις ἀπαιτοίη τοὺς ἐξάρχους τῆς τοιαύτης ἀποπέμπεσθαι βδελυρίας, Μάνεντα μὲν καὶ Παῦλον καὶ Ἰωάννην, καὶ τοὺς ἄλλους προθύμως ἀναθεματίζουσιν, Κωνσταντῖνον δέ, ὃν καὶ Σιλουανὸν καλοῦσι, καὶ Συμεῶνα τὸν Τίτον,

mum malum *Sergius*, qui mutato item nomine se *Tychicum* appellavit. Hi fuere, ex quo rebellis ille & Christi inimicus coetus Pauli nomen accepit, defectionis magistri, qui usque ad nostra tempora eo provecti sunt. Illud autem probe animadvertendum & sciendum est, hodiernos scilicet hujus defectionis filios, cum quispiam ab illis exegerit, ut detestandæ hujusmodi sectæ principes repudient, Manem quidem, Paulum & Joannem, & quosdam alios libenter anathemate damnare, Constantinum vero, quem Silvanum vocant, Symeonem, quem Ti-

ὃν

g) δεῖ] ita noster, & Euthymius pro δεῖται Coisliniano.

h) ἐπειδὰν αὐτοὺς τις ἀπαιτοίη] ita Colbertinus, & noster, & *Euthymius*, pro quo Coislinianus ἐπειδὰν αὐτοῖς τις ἀπαιτῇ minus recte.

καὶ i) Γεγναίσιον τὸν Τιμόθεον, καὶ τὸν Ἰωσὴφ Ἐπαφρόδιτον, καὶ τὸν ῥυπαρὸν Βαάνην, καὶ Σέργιον τὸν Τυχικὸν, οὐδαμῶς ἀναθεματίσαι καταδέχονται· Ἀλλ' οἷα δὴ Χριστοῦ Ἀποστόλους καὶ τῆς εὐσεβείας διδασκάλους περιπλύσσονταί τε καὶ ἀποδέχονται, οὐ πάντες δὲ, οὐδὲ τοὺς εἰρημένους πάντας ὁμοίως περιέπουσιν, ἀλλὰ τοὺς μὲν μέχρι Βαάνους καὶ Σεργίου καταγομένους ἐξίσου θειάζουσιν· ἐκεῖθεν δὲ ῥαγέντες εἰς ἀντιπάλους δύο μερίδας, οἱ μὲν τὸν Βαάνην οἱ δὲ θεοποιοῦσι τὸν Σέργιον ἐπὶ τοσοῦτον τῶν κατ' ἀλλήλων ἔριν καὶ στάσιν κρατύνοντες, ὡς καὶ μέχρι σφαγῆς αὐτοῖς προχωρεῖν τὸ φιλόνεικον.

tum, Gegnæſium, quem Timotheum, & Ioſephum, quem Epaphroditum appellant, nec non impurum Baanem & Sergium ſeu Tychicum nullo anathemate ferire; ſed quaſi Chriſti Apoſtolos & piæ religionis magiſtros amplecti & ſuſcipere. Neque tamen omnes, neque ſingulos ſupra memoratos, ſimiliter tuentur. Sed eos, qui ad Baanem quidem & Sergium usque ſucceſſione devenerunt, divinos Viros pariter admittunt. Exinde autem in contrarias partes duas diviſi, alii Baanem, alii Sergium Deo exæquant: hinc in tantã mutuo contentionem & ſeditionem excitantur, ut usque ad cædes jurgia foveant.

V. Ἓξ δὲ αὐτῶν ἀνα-

V. Sex autem Eccle-

μο-

i) Γεγναίσιον] Euthymius iterum Γενέσιον, quam lectionem quoque ex ſuo Codice exprimit Interpres Latinus *Franc. Zinus.*

μολογοῦσιν k) ἐκκλησίας, ὧν τὴν μὲν Μακεδονίαν καλοῦσιν· Ἀχαΐαν δὲ τὴν δευτέραν, καὶ τρίτην τῶν Φιλιππησίων, ἐφ' οἷς τὴν Λαοδικέων, καὶ πέμπτην τῶν Ἐφεσίων, τελευταίαν δὲ τὴν τῶν Κολοσσαέων. Ἀλλὰ τὰ μὲν ὀνόματά ἐστι πόλεων, ὧν καὶ ἡ παλαιὰ τὴν γνῶσιν εἶχεν ἱστορία, καὶ ὁ θεῖος ἐμνημόνευσε Παῦλος. Οἱ δὲ μηδὲν ἄδολον, μήδ' ἀκαπήλευτον φιλονεικοῦντες καταλιπεῖν, μηδ' ἴσα ὄψει διελέγχεται, μηδὲ ταῦτα δυσωπούμενοι, Μακεδονίαν μὲν ὀνομάζουσι πολίχνιόν τι Κωλωνείας καλούμενον l) Κίβωσσα, m) ἐν ᾗ Κωνσταντῖνος ὁ Σιλου-

sias sibi esse profitentur: primam Macedoniam vocant, secundam Achajam: tertiam Philippensium; quartam Laodicenorum; quintam Ephesiorum; postremam Colossensium. Sed hæc quidem nomina sunt urbium, quas vetus historia præfert; & divinus Paulus memorat. Illi vero, qui nihil non dolosum, nihil non adulteratum relinquere in animo habent, ac nec ex rebus quidem ipso visu exploratis & falsi notatis pudore suffunduntur, Macedoniam quidem vocant oppidulum quoddam Coloniæ quod

k) Ἐκκλησίας] Adeo in omnibus Apostolici ævi speciem affectarunt, ut, quemadmodum Virorum Apostolicorum, ita & Ecclesiarum veteris memoriæ nomina adoptarent, ad exemplum factionis illius, quæ *Apostolicorum* nomine apud veteres memoratur.

l) Κίβωσσα] Euthymius legit Κίβοσα: pro quo Latinus Interpres in Bibliotheca Patrum mendose *Cimossa*.

m) ἐν ᾗ Κωνσταντῖνος ὁ Σιλουανὸς τὴν ἀποστασίαν ἐδίδαξε] hæc frustra quæris in nostro: genuina vero esse evincit consensus *Euthymii*.

Σιλουανὸς τὴν ἀποστασίαν ἐδίδαξε. Κώμη δὲ Σαμοσάτων ἐστὶν ἡ n) Μανάναλις, ἥτις τῆς o) Γεγναισίου, τοῦ καὶ Τιμοθέου, διδασκαλίας ἐχρημάτισε. Ταύτῃ δὲ τὴν Ἀχαΐαν ἐπιφημίζουσιν· ὅσοι δὲ τοῦ ἐξ Ἰωσὴφ Ἐπαφροδίτου καὶ Ζαχαρίου, τοῦ μισθωτοῦ ποιμένος, μαθηταὶ ἐχρημάτισαν, τούτοις δὲ τὴν τῶν Φιλιππησίων ἐπιγράφουσιν. Τοῖς δὲ ἐν Ἀργαοῦ τῇ πολίχνῃ τῶν Λαοδικέων ἐπιφημίζουσι. Καὶ τοὺς ἐν Μοψουεστίᾳ εἰς τὴν Ἐφεσίων μεταπλάττουσιν, ὥσπερ καὶ τοὺς λεγομένους Κυνοχωρίτας εἰς τὴν τῶν Κολοσσαέων ἀναφέρουσιν. Τούτων δὲ τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὸ σύστημα καὶ τὴν διδασκα-

appellatur *Cibossa*; ubi *Constantinus*, Silvanus dictus, defectionis magister fuit. Vicus autem Samosatensium est *Manamalis* nomine, in quo *Gegnæsius*, qui & *Timotheus*, docuit: huic Achaiæ appellationem dederunt. Quotquot autem *Josephi*, qui & *Epaphroditus*, & *Zachariæ*, mercenarii pastoris, discipuli fuerunt, his Philippensium nomenclaturam adscribunt. Iis vero, qui in oppidulo Argao degunt, Laodicenorum nomen induunt. Eos, qui Mopsvestiæ versantur, in Ephesios convertunt; quemadmodum *Cynochoritas* in Colossensium appellationem transferunt. Harum porro trium Ecclesiarum tum cœtum tum

λίαν

n) Μανάναλις] ita & noster: Euthymius habet Μάναλις. Nostra lectio sæpius infra recurret, & a Cedreno ac Petro Siculo confirmatur.

o) Γεγναισίου] Euthymius iterum Γενεσίου.

λίαν εἰς Σέργιον, τὸν καὶ Τυχικὸν, ἀνάπτουσί τε καὶ ἀνατιθέασιν. Ἀλλ' οἱ μὲν διδάσκαλοι καὶ αἱ λεγόμεναι αὐτῶν Ἐκκλησίαι ἐν τούτοις, οὐκ ἐκ μιᾶς δέ τινος πλάνης, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ ποικίλων τὸ πολύπλοκον τοῦτο τῆς ἀποστασίας συνέστηκε φρόνημα.

doctrinam *Sergio*, qui & *Tychicus* dicitur, adſcribunt. Verum tam doctores quam Eccleſiæ, ab ipſis ſic nuncupatæ, non ex uno errore, ſed ex multis, variis & implicatis hoc defectionis agmen & figmentum concreverunt.

VI. Δύο μὲν ἀρχὰς * ὁμολογοῦσιν, ὡς οἱ Μανιχαῖοι. Φασὶ δὲ ἕτερον μὲν εἶναι Θεὸν, τὸν ἐπουράνιον πατέρα, ὃν καὶ τῆς τοῦ δὲ τοῦ παντὸς ἐξουσίας ὑπερορίζουσι, τοῦ μέλλοντος μόνον τὸ κράτος αὐτῷ ἐγχειρίζοντες. Ἕτερον δὲ τὸν p) δημιουρ-

VI. Nam duo quidem principia, quemadmodum & Manichæi confitentur eſſe; ajuntque alium eſſe Deum Patrem, quem ab univerſi hujus poteſtate eliminant, ac futuri tantum (ſæculi) imperium ipſi tradunt; alium ve-

* ἀρχὰς] Videbis in ſequentibus ſex commemorari capita errorum, quibus Pauliciani capti fuerint. Totidem vero, & interdum vel iisdem, vel affinibus, verbis recenſet *Petrus Siculus* p. 16. ſqq. Quod illuſtre eſt convenientiæ inter utrumque Scriptorem argumentum.

p) δημιουργὸν] hoc ſcilicet nomen Deo, tanquam conditori, rectius quam ποιητοῦ convenire, Ariſtoteles credidit, ſi fides habenda Philopono in lib. I. de Generatione, quemadmodum viciſſim *Juſtinus Martyr* in Protreptico ad Græcos p. 21. ποιητὴν potius quam δημιουργὸν Deum ap-

γὸν τοῦ κόσμου, ᾧ καὶ τὸ κῦρος τοῦ παρόντος αἰῶνος χαρίζονται. Καὶ τοὺς μὲν ἀληθῶς ὄντας Χριστιανοὺς q) Ῥωμαίους οἱ τρισαλιτήριοι ὀνομάζουσιν. ἑαυτοῖς δὲ τὴν κλῆσιν, ἧς ἀλλότριοι παντελῶς καθεστήκασι, r) τῶν Χριστιανῶν περιάπτουσιν. Λέγουσι δὲ Πατέρα καὶ υἱὸν καὶ

ro Creatorem mundi, cui præsentis sæculi imperium largiuntur. Illos autem, qui vere Christiani sunt, Romanos sceleratissimi homines nuncupant; sibi vero Christianorum appellationem, a qua sunt alienissimi, assignant. Dicunt Patrem & Filium &

ἅγιον

pellandum censuit. Vide plura apud *Suicerum* in Thesauro Ecclesiast. p. 346. · Ad creationem omnino hac voce respexisse videntur Pauliciani.

q) Ῥωμαίους] cur Romanos vocarunt reliquum Christianorum cœtum? num forte ideo, quod, quemadmodum Roma olim gentium & urbium Domina ac Regina dicta est (vide *Ezechielem Spanhemium* de Usu & præstantia Numismatum p. 880. edit. in 4. & ad Julianum p. 30. nec non *Joan. Dougthæum* in Analectis Novi Testamenti Excurs. 106.) ita, isto Paulicianorum ævo, eadem per Episcopos suos res Christianorum præ ceteris administrare crederetur? Spectat etiam huc *Sozomeni* elogium, lib. III. c. 8. Histor. Eccles. Romam Ἀποστόλων φροντιστήριον καὶ εὐσεβείας μητρόπολιν ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην appellantis. Ceterum Judæos hodie Christianos Romanorum (רומיים) nomine vocare, pervulgatum est. Vide *Jo. Andr. Eisenmengerum* in Judaismo Detecto Part. I. p. 632. & Cl. *Georg. Eliez. Edzardum* in notis ad Avoda Sara cap. I. p. 151. sq.

r) Χριστιανοὺς] ita agebant exemplo hæreticorum antiquiorum, de quibus ita *Augustinus* epist. 56. *Videmus, nullum jam errorem se audere extollere ad congregan-*

ἅγιον πνεῦμα, λέξεις μὲν εὐσεβεῖς, ὑποβάλλοντες δὲ ταύταις τὴν ἐσχάτην ἀσέβειαν. Οὐ γὰρ ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, οὕτω καὶ οὗτοι φρονοῦντες λέγουσιν. Ἀλλὰ τὰς λέξεις ἐκεῖθεν ἀποσπαράξαντες δυσσεβεστάταις ἐννοίαις ταύτας ἐπιφημίζουσι, καί φασι προθύμως ὡς ἀνάθεμα εἴησαν, ὅσοι μὴ πιστεύουσιν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, πατέρα εὐθέως οὐ τὸν παντοκράτορα καὶ ποιη-

i) θεολογήσαντι] θεολογεῖν idem hic eſſe, quod *Deum aliquem profiteri, pro Deo habere*, ex Matthæi loco allegato, & Petrina confeſſione ibi memorata, per ſe patet. Atque iſta vocis notio antiqua admodum & Doctoribus Chriſtianis perfamiliaris eſt. Vide *Jo. Caſpar. Suiceri* Theſaurum Eccleſiaſt. p. 1355. *Dionyſium Petavium* in præfat. ad Tomum I. Dogmatum Theologic. & eos, qui ad cognomen Johannis Evangeliſtæ, qui *Theologus* vocatur, commentati ſunt. Similem ſignificatum voci θεολογία, qui & hic paulo poſt occurrit, reſpectu *Chriſti* in primis vindicavit luculentis veterum locis *Jo. Pearſon* in notis ad Ignatii Epiſtolas p. 7. Alias θεολογεῖν & θεολογία de laudatione & celebratione Dei adhiberi oſtendit *Henr. Valeſius* ad Euſebii Hiſtor. Eccleſ. X. 3. pag. 190.

ψιν δὲ ταύτην τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα ἐκδιδάσκει παρασχεῖν αὐτῷ· μακάριος εἶ, φησι, βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ᾽ ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· κἀγὼ δέ σοι λέγω· σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς· καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· καὶ ὃ ἐὰν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ὃ ἐὰν λύσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· Καὶ μυρία ἂν τις εἰς ἔλεγχον τῆς ἀσεβοῦς διανοίας ἐκ τῶν ἱερῶν συναγάγοι λογίων. Ὅρα δὲ καὶ τοῦτο· βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς ἄνεισιν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Ὢ γλώσσης μελετώσης δυσσέβειαν! Ἐν τῷ πλάσματι τοῦ πονηροῦ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς ἀγαθὸς υἱὸς

eum prædicat, revelationem vero hanc Patrem in cœlis ipsi exhibuisse docens: (*Matth. XVI.* 17.) *Beatus es*, inquit, *fili Jonæ, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus in cœlis. Ego vero dico tibi: tu es Petrus, & in hac petra ædificabo Ecclesiam meam & portæ inferonum ei non prævalebunt. Et dabo tibi claves regni cœlorum; & quicquid ligaveris in terra, ligatum erit in cœlis, & quicquid solveris in terra, solutum evit in cœlis.* Millia ejusmodi in confutationem impiæ hujus sententiæ ex sacris libris afferre liceret. Perpende vero & hoc: *Jesus baptisatus confestim ex aqua adscendit.* (*Matth. III.* 16.) En linquam impia declamantem! Boni Patris Filius optimus in creatura Dei bapti-

βα-

βαπτισθεὶς ἐκεῖθεν ἄνεισι, καὶ ἰδοὺ ἀνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί! ἄλλο πλάσμα πάλιν πονηρᾶς χειρός· διατί δὲ ἀνεῴχθησαν, καὶ τίνος χάριν; εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ φησὶ καταβαῖνον ὡσεὶ περιστεράν· Τρίτος οὗτος τῆς ἀσεβείας ἐν ὀλίγοις ῥήμασιν θρίαμβος. Πῶς γὰρ ἐν τῷ σχήματι τοῦ πλάσματος τοῦ πονηροῦ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα τυποῦται, καὶ κάτεισιν ἐκ τῶν ἔργων τοῦ ἐχθροῦ κἀκεῖθεν κατιὼν ἔρχεται ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν· καὶ τετάρτη στήλη k) τῆς ἀσεβείας· φωνὴ δίδοται ἐκ τῶν οὐρανῶν· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· Επι-

ſatus exſcendit, & *ecce cœli ſuper ipſum aperiuntur*! En tibi aliam malæ manus creaturam! cur vero aperti ſunt, & cujus cauſa? *Vidit*, inquit, *Spiritum Dei deſcendentem inſtar columbæ.* Tertium hæc pauca verba de impietate triumphandi argumentũ ſuppeditant. Quomodo enim per rem, a malo profectam Principio, Spiritus Dei adumbratur? Prodit illa ex operibus hoſtis, atque inde progreſſa deſcendit in Chriſtum. Accedit quartum impietatis argumentum. Vox enim e cœlo ſonat: *hic eſt fi-*

σκό-

k) στήλη] proprie columnam, tum vero titulum ac inſcriptionem, columnis inſcribi ſolitam, & aliam quamcunque, ac hinc notam cum dedecore conjunctam denotare ſolet, qui poſtremus ſignificatus hic quoque locum obtinere videtur, quem alias in vocibus hinc derivatis στηλιτεύω & στηλιτευτικὸς frequenter obſerves. Compara *Claudium Salmaſium* de Cruce p. 268. *Henric. Valeſium* ad Euſebium p. 32. & *Anton. Muratorium* ad Anecdota Græca p. 14. & 15.

σκόπει μοι, ἀγαπητὲ, καθεκάστην λέξιν, ὅπως αὐταῖς συμπρόεισιν ὁ κατὰ τῆς ἀσεβείας ἄφυκτος ἔλεγχος· οὗτός ἐστί φησιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ εὐδόκησα· Τίς οὗτος ὁ ἐν ὕδατι βαπτιζόμενος, ᾧ ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοὶ, ἐφ' ὃν τὸ πνεῦμα τὸ ἐμὸν ἐν μορφῇ περιστερᾶς καταβαῖνον ἐκ τῶν οὐρανῶν συνεπιμαρτύρεται τοῦ βαπτιζομένου τὴν υἱότητα; Πάντα ἐμὰ διὰ τῶν ἐμῶν κτισμάτων, ὁ ἐμὸς υἱὸς, τὸ θέλημα πληρῶν τὸ ἐμὸν, τὴν σωτηρίαν καταπράττει τοῦ κόσμου· μόνης δὲ τοῦ πνεύματος ἐξουσίας, τῷ ὁμοφυεῖ συμπαρούσης καὶ ἀνακηρυττούσης τῷ πράγματι τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος. Ἑτέρωθεν δὲ πάλιν τοῖς πάντα πράττουσι, πρὸς τὸ ἀρέσκειν ἀνθρώποις, ἐπιτιμῶν, μισθόν φησιν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐ-

lius meus dilectus, in quo delectatus sum. Considera, quæso, singulas voces, ut cum eis invicta impietatis confutatio offeratur. *Hic est*, inquit, *filius meus dilectus, in quo delectatus sum.* Quis est, qui in aqua baptisatur, super quo aperti sunt cœli, in quem Spiritus meus, habitu columbæ descendens ex cœlis, testatur baptisatum hunc esse filium? Omnia mea sunt, quia omnia condidi: filius quoque meus est, qui, voluntatem meam perficiens, mundo salutem conciliat, dum interim virtus Spiritus mei, quæ ipsi, unius & ejusdem naturæ mecum participi, præsens est, opere ipso palam facit, eum verum esse filium. Alibi iterum eos, qui omnia ideo faciebant ut placerent

ρα-

ρανοῖς· Καὶ πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; Καὶ εἷς ἐστιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· τί δὲ καὶ ἀνέβλεπεν ὁ ἀγαθὸς υἱὸς τοῦ ἀγαθοῦ πατρὸς ἀλλότριον ποίημα τὸν οὐρανὸν, καὶ τοὺς δακτύλους εἰς τὰ ὦτα ἐμβαλὼν τοῦ κωφοῦ ἥπτετο τῆς γλώσσης πτύσας καὶ τῆς κωφώσεως ἀπέλυε τὸν κωφόν; Ἄλλο πάλιν πλάσμα πονηρὸν, ὡς οἱ θεομαχοῦντές φασίν· Τί δὲ λέγοντος αὐτοῦ· πάτερ δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἧκεν ἡ φωνὴ λέγουσα. καὶ ἐδόξασα, καὶ πάλιν δοξάσω· ᾔδει μὲν γὰρ αὐτὸς ὅτι καὶ ἐδόξασε καὶ δοξάσει. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο ᾔτει τὸν πατέρα· Αὐτὸς γὰρ ἔχων πάντα τοῦ πατρὸς, καὶ μόνος εἰδὼς τὸν πατέρα, οὐδὲ τοῦτο ἠγνόει· ἀλλ᾽ ἵνα καὶ τὸ παρὸν τῶν ἀκροωμένων πλῆθος σαφῶς

hominibus, *mercedem*, inquit, *non habetis apud Patrem veſtrum in cœlis* (*Matth. VI.* 19.) Item: *quanto magis Pater veſter in cœlis dabit bonum petentibus ab ipſo*, (*Matth. VII.* 11.) Item: *unus eſt Pater veſter in cœlis.* Et quid Optimi Patris Optimus Filius cœlum, alienam creaturam, reſpexit, digitisque in aures immiſſis, muti tetigit linguam, ſputoque emiſſo mutum malo ſuo liberavit? Nova hic eſt creatura mala, ut Deo adverſantes loquuntur. Qui vero ipſo dicenti: *Pater, glorifica filium tuum*, ex cœlo venit vox dicens: & *glorificavi*, & *iterum glorificabo.* Noverat enim & ipſe, quod & glorificaverit, & glorificaturus ſit. Neque propterea exorabat Patrem. Ipſe enim omnia, quæ Pa-

tri·

ἐπιγνῷ, καὶ μάθῃ, ὅτι καὶ παραιτεῖται τὸ πάθος ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἐπιζητεῖ τοῦτο, πάντας διδάσκων ὡς ἑκὼν αὐτὸ ὑπέρχεται· διὸ καὶ ἔλεγεν· οὐ δι' ἐμὲ γέγονεν ἡ φωνὴ, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς. Ἐγὼ μὲν γὰρ ᾔδειν τὰ τοῦ πατρὸς πάντα, καὶ οὐδὲν ἠγνόουν· οὐδὲ δι' ἐμὲ τὴν φωνὴν πρὸς αὐτὸν ἀφῆκα, οὐδὲ δι' ἐμὲ ταύτην αὐτὸς ἐβεβαίωσεν, ἀλλὰ δι' ὑμᾶς· ἵνα γνῶτε ὅτι συντρέχει τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν τῷ θελήματι τοῦ Πατρός, καὶ τὸ πάθος δόξαν ὀνομάζω. Ὑπὲρ γὰρ ὑμῶν ἁπάντων ἀνακαταδέχομαι τοῦτο· διὰ τοῦτο καὶ ἡ αἴτησις προσήχθη, καὶ ἡ ἐξ οὐρανῶν πατρικὴ φωνὴ ἐβεβαίωσε τὰ αἰτηθέντα· Ἀλλὰ τέως μὲν τοσαῦτα περὶ τούτων.

tris ſunt, habens, & ſolus ſciens Patrem, neque hoc ignorabat. Ut vero præſens audientium turba perſpectum haberet, diſceretque, ſe & paſſionem inſtar hominis declinare, & tamen expetere, omnes docet, ſe ſponte ſua illam ſubire. Hinc & ait: *non propter me, ſed propter vos vox iſta facta eſt.* Ego enim Patris conſilia omnia noveram, neque quidquam eorum ignorabam. Neque propter me vocem ad ipſum emiſi, neque propter me ille eam obſignavit, ſed propter vos, ut ſciatis, voluntatem meam cum voluntate Patris conſpirare, meque perpeſſionem gloriam appellare. Pro vobis enim omnibus hoc in me recipio. Hoc fine & precatio hæc, & Patris ex cœlo vox petita confirmavit. Atque hæc quidem de his ſufficiant.

VI. Εἰ δέγε τὸ πῦρ ποίημα τοῦ πονηροῦ, πῶς ὁ ἀγαθὸς θεὸς, ὁ τοῦ ἀγαθοῦ υἱὸς, τοὺς μυσταγωγουμένους αὐτῷ ἐν πνεύματι ἁγίῳ βαπτίζει καὶ πυρὶ, τὸ πλάσμα συνάπτων τοῦ ἐχθροῦ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ δι᾽ ἀντικειμένων ἁγιάζων τὸν βαπτιζόμενον; ποῖος γὰρ ἄν τις τοῦτο παραδέξηται νοῦς; ποῖος οἴσει τὸ δύσφημον λογισμός; τίς δὲ οὐ καταγνοίη τῆς δυσσεβείας τὸ μέγεθος; πῶς δὲ πάλιν ὁ ἀγαθὸς θεὸς ποιεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα; τοῖς ἀλλοτρίοις ἔργοις ποιητὴν ἐπιγράφων ἑαυτόν· Τὴν γὰρ προφητικὴν ταύτην φωνὴν ὡς ἐκ θεοῦ καὶ θείαν ὁ Παῦλος καὶ τῆς ἀληθείας ἐπισφραγίζεται κήρυγμα. Καὶ τὸ ἄχυρον δὲ ὃ τῶν ἁμαρτωλῶν μηνύει τὸ ἄχρηστον, πῶς πάλιν τῷ πλάσματι παραδίδωσιν

VI. Quod ſi vero Ignis Mali opus eſt, quomodo Bonus Deus, Boni Filius, eos, qui ad ipſum adducuntur, *baptizat Spiritu S. & igne* (*Luc. III.* 16.) creaturam Mali Spiritui Sancto jungens, atque adeo per contraria baptiſatum ſanctificans? Quæ enim mens hæc capiat? quæ ratio inepta hæc ferat? quis vero impietatis magnitudinem non abominetur? quomodo itaque Deus bonus *angelos ſuos facit Spiritus, miniſtros ſuos ignis flammam*, (*Hebr. I.* 7.) alienorum operum ſe ipſum venditans conditorem. Propheticam enim illam vocem tanquam divinam & veritatis præconium, Paulus obſignat. Quomodo vero paleam, quæ peccatorum levitatem deſignat, crea-

εἰς κόλασιν τοῦ ἐχθροῦ, πυρὶ γὰρ ἀσβέστῳ φησὶ κατακαίεσθαι· Καὶ πῶς ἦλθε πῦρ βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν ὁ καθαιρέτης τοῦ ἐχθροῦ, τὸ ἔργον πλατύνων καὶ αὔξων τοῦ ἐχθροῦ; πῶς δὲ καὶ ἡτοίμασται τῷ διαβόλῳ τὸ πῦρ, εἰ ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τούτου δημιουργός; οὐ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν τιμωρὸν ὑφίστησιν δίκην· 1) ἄλλως δὲ, εἰ μὴ τὸ πῦρ, ὡς ἔοικεν, ὑπέστησεν ὁ ἐχθρὸς, οὔτε δι' οὗ τοὺς ἀνεπιστρόφως ἁμαρτάνοντας κολάσει, οὔτε αὐτὸν σπορέα τῶν ζιζανίων, δι' οὗ τὴν δικαίαν εἰσπράξεται δίκην· καὶ πόσα ἄν τις ἀπαριθμήσαιτο τοιαῦτα;

turæ Mali in ſupplicium tradit, quandoquidem eam igne inexſtinguibili comburendam eſſe nunciat? (*Luc. III.* 17.) Et quomodo domitor hoſtis venit, *ut ignem jaceret in terram* (*Luc. XII.* 49.) hoſtis opus ſic amplificans & augens? quomodo item *diabolo paratus eſt ignis*, (*Matth. XXV.* 41.) ſi ipſe eſt ejus conditor? neque enim ipſe ſibi parabit ſupplicium. Viciſſim vero, ſi hoſtis ignem, ut videtur, non paravit, non paravit etiam quidquam, per quod homines ſine emendatione peccantes punire poſſit, neque ipſum illum, qui Zizania ſparſit, per quem juſtam ſumat ultionem. Et quis omnia ejusmodi enumerarit?

VII.

1) δίκην] ita quoque argumentatur Titus lib. I. apud Cl. Basnage p. 85. Ἰδοὺ τὸ πῦρ ἑαυτὸ οὐ καίει, ἕτερον γὰρ καὶ οὐχ ἑαυτὸ ἀναλώσει.

VII. Ἀλλ' ἐπεὶ ὡς ἡ βλάσφημος καὶ δυσσεβὴς θρασύνεται γλῶσσα, τὰ ἐπίγεια τοῦ πονηροῦ, πῶς λέγει αὐτὰ ἴδια ὁ κοινὸς ἡμῶν δεσπότης καὶ σωτήρ; εἰς τὰ ἴδια γὰρ ἦλθέ, φησι, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Εἰ δὲ λέγοιεν οἱ ἀποστάται, ἴδια μὲν εἶναι τοὺς προφητικοὺς λόγους, m) ἐλθεῖν δὲ εἰς αὐτοὺς τὸν Χριστὸν, ἐκείνους δὲ τοῦτον μὴ παραδέξασθαι· ὅρα τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῶν ἄνοιαν καὶ ἀναισχυντίαν· Πρῶτον μὲν πῶς λέγουσι τοὺς προφητικοὺς λόγους ἰδίους εἶναι τοῦ Χριστοῦ, αὐτοὺς τοὺς προφήτας λέγοντες πλάσμα τε εἶναι καὶ ἐπίπνοιαν δέχεσθαι τοῦ πονηροῦ; δεύτερον δὲ, πῶς εἰς τοὺς προφητικοὺς λόγους ἦλθεν ὁ Χριστός; Πρῶτον μὲν γὰρ εἰς ἀλλοτρί-

VII. Quoniam vero maledica & impia lingua terreſtria ad malumPrincipiũ audet referre, quomodo ea ſua dicit communis noſter Dominus & Servator? *In propria enim venit*, inquit, *ſed ſui non receperunt eum.* Quod ſi dixerint apoſtatæ, proprie hic dici ſermones Propheticos, in hos vero veniſſe Chriſtum, ipſos vero eum non recepiſſe, vide quæſo inſignem eorum inſaniam & impudentiam. Primum enim, quomodo Propheticos ſermones proprios Chriſti eſſe ajunt, cum ipſos Prophetas & inſpirationem eorum ad malum referant? Deinde, quomodo in Propheticos ſermones ve-

 ous

m) προφητικοὺς λόγους] hinc recte colligas, homines infrunitos τὰ ἴδια in tam alienum ſenſum detorquere ſolitos, quem vix ſomniando quis probarit.

ους ἦλθε, κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον. Ἀλλότριοι γὰρ οἱ προφητικοὶ λόγοι, ὡς ἐξ ἀλλοτρίου ἐμπνεόμενοι, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θεοῦ· ἔπειτα δὲ πῶς δύνανται ὅλως ἴδιοι εἶναι οἱ προφητικοὶ λόγοι τοῦ Χριστοῦ, οἵτινες οὐκ ἐδέξαντο αὐτόν; Λέγει γάρ, εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Ἔτι δὲ τίνας ἔδωκεν ὁ Χριστὸς ἐξουσίαν τέκνα θεοῦ γενέσθαι; ἆρα τοὺς προφητικοὺς λόγους; καὶ πῶς οὐ μακρὸς λῆρος τοῦτο; οἱ λόγοι γάρ, εἰ μὲν ἐκ θεοῦ εἰσιν, αὐτόθεν ἔχουσι τὸ εἶναι οἰκεῖον θεοῦ· εἰ δὲ πονηροί, πῶς ἂν τεκνωθεῖεν θεῷ; ἔτι δέ, ποῖος μὲν λόγος προφητικὸς ἐξ αἱμάτων καὶ ἐκ θελήματος ἀνδρός, καὶ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἐγεννήθη; Ἐπάγει γάρ· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, οὐδὲ ἐκ θελήμα-

nit Chriſtus? Primo enim, quod & ipſi ajunt, ad alienos venit. Prophetici enim ſermones alieni quid ſunt, tanquam ab alieno inſpirati, nec ad Bonum Deum pertinent. Deinde, quomodo omnino proprii eſſe poſſunt Chriſti ſermones Prophetici, qui non receperunt eum? Dicitur enim: *in ſua venit, ſed ſui eum non receperunt.* Porro, quibus poteſtatem fecit Chriſtus, ut filii Dei fierent? num ſermonibus Propheticis? Hoccine non eſt nugari? Sermones enim ſi ex Deo ſunt, eo ipſo proprii ſunt & domeſtici Dei; ſi vero mali, quomodo filii Dei efficientur? Tum, qualis ſermo Propheticus ex ſangvinibus & voluntate Viri & ex voluntate carnis pronatos

τος σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν· Τίνες οὖν οἱ ἐξ αἱμάτων γεγεννημένοι λόγοι; καὶ τίνες οἱ μή; οὐδεὶς γὰρ λόγος οὔτε ἀγαθὸς οὔτε πονηρὸς, ἀλλ' οὔτε ἀληθὴς οὔτε ψευδὴς, κἂν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ πρόεισιν, κἂν ἐκ τοῦ πονηροῦ, οὐ μενοῦν ἐξ αἱμάτων, εἰ καὶ πλέον μανῶσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, οὐ γεγέννηται· Ὥστε χώραν ἐν τούτοις τοῖς δεσποτικοῖς ῥήμασιν οὐδεμίαν οἱ προφητικοὶ λόγοι λαμβάνουσιν· Ἀλλ' ἴδια μὲν καλεῖ τὸν κόσμον, n) ὥς πού καὶ ἀλλαχοῦ φησι πρὸς τοὺς μαθητάς· Ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλή-

tus eſt? Addit enim: qui non ex ſanguinibus, nec ex voluntate Viri, nec ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Qui igitur ſunt illi ſermones, ex ſanguinibus prognati, & qui non? Nullus enim ſermo, ſive bonus, ſive malus, ſive verus ſive falſus ſit, ſive a Bono, ſive a malo Deo proficiſcatur, certe ex ſanguinibus, quamvis maximopere inſaniant ejusmodi res proferētes, natus dicetur. Itaque in his Domini verbis Prophetici ſermones nullum lo-

n) κόσμον] ex recentioribus poſt Grotium plrique τὰ ἴδια de domo, quam nonnulli de templo interpretati ſunt, accipienda putarunt. Vide *Fulleri* Miſcellanea Sacra IV. 17. & Jo. Vorſtii Diſſertatt. S. lib. III. c. 12. Lambertus Bos de myſterio Ellipſeos Græcæ linguæ in eandem ſententiam ſubintelligit οἰκήματα. Cum noſtro facit Theophylactus ad locum Johannis, vel mundum vel Judæam ſpeciatim hic ſignificari ſcribens. Ἴδια αὐτοῦ, inquit is, ἢ τὸν ὅλον κόσμον νοήσεις ἢ τὴν Ἰουδαίαν.

ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε, ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια. Ποῖα οὖν ἴδια λέγει ἐνταῦθα; ἆρα τοὺς προφητικοὺς λόγους; ἢ δηλονότι τὸ κτῆμα καὶ τὴν κατοικίαν ἑκάστου; ὥσπερ οὖν ἐνταῦθα ἴδια οὐχὶ κατὰ τὸν μεμηνότα λῆρον τοὺς προφητικοὺς λόγους λέγει, ἀλλὰ τὸ ἑκάστου κτῆμα καὶ τὴν ἰδίαν οἰκίαν, οὕτω καὶ ἐπειδὰν λέγῃ· εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον, ἴδια μὲν τὸν αἰσθητὸν κόσμον λέγει, κτῆμα γὰρ αὐτοῦ καὶ ποίημα οὗτος· ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐν αὐτῷ, ὧν οἱ μὲν παρέλαβον αὐτοῦ τὴν μυσταγωγίαν, οἱ δὲ οὔ· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, τὴν ἰδίαν περιτρέχων πατρίδα, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς περιδρομῆς ἀποδιδοὺς ἐμαρτύρησε λέγων· ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει· Φανερᾶς τοίνυν γεγενημένης

cum inveniunt. Sed propria ibi appellat mundum, ſicut & alibi ad diſcipulos ſuos ait: *Ecce venit hora, & jam venit ut diſpergantur ſinguli in ſua (Joh. XVI. 32.)* Quæ igitur ibi ſua vocat? num ſermones Propheticos? an poſſeſſionem & domum cujusque? Sicut igitur ibi *ſua* (τὰ ἴδια) prout illi quidem nugantur, non appellat ſermones Propheticos, ſed propriam cujusque domum & facultates, ita &, quando dicit: *in ſua venit, & ſui non receperunt eum:* ſua quidem mundum ſenſibilem vocat: poſſeſſio enim ejus & creatura ille eſt: ſicut & iſti, qui in eo ſunt, & quorum alii doctrinam ejus receperunt, alii minus. Alibi quoque ipſe Jeſus Servator noſter ſuam circumiens

τῆς

τῆς φωνῆς ἐξ αὐτῶν τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων, τῆς σημαινούσης τὰ ἴδια, ὅτι τὸν κόσμον καὶ τὴν ἐν τῷ κόσμῳ πατρίδα τὸ ῥῆμα δηλοῖ· πῶς οὐ μεμήνασι φανερώτερον οἱ πρὸς μύθους καὶ λήρους τὰ οὕτω περιφανῆ καταστρέφοντες; Τῶν γοῦν δεσποτικῶν λογίων ἴδια μὲν τοῦ κυρίου τὸν κόσμον λεγόντων, ἰδίους δὲ τοὺς ἐν αὐτῷ, κἄντε ἔλαβον αὐτὸν, κἄντε μή· οἱ μὲν γὰρ λαβόντες μετὰ τοῦ εἶναι ἴδιοι ὡς ποιήματα αὐτοῦ, καὶ ἐτεκνώθησαν αὐτῷ, δεξάμενοι τὸν ἐπὶ τῇ σφῶν αὐτῶν σωτηρίᾳ παραγεγονότα· οἱ δὲ μὴ παραλαβόντες αὐτὸν, κἂν ἴδιοι ὦσιν, ὡς πλάσμα αὐτοῦ, ἀλλ' οὖν οὐ παραδεξάμενοι αὐτὸν τῆς δευτέρας καὶ πνευματικῆς υἱοθεσίας ἀπεξένωσαν ἑαυτούς· οὕτω γοῦν τῶν λογίων τὰ ἴδια καὶ τοὺς ἰδίους ἑρμηνευόντων, πῶς οὐ βδελυκτὸν τῆς πλάνης

patriam, atque hujus sui instituti rationem redditurus, testatus est dicens (*Matth.* 13. 57.) *Propheta in patria sua honorem non habet.* Cum itaque dictio hæc ex ipsis Evangelii verbis ita illustrata sit, ut per *propria* mundum, & quæ in eo est, patriam indicari appareat; nonne manifeste insaniunt, qui tam clara oracula ad ineptias & nugas transferunt? Quoniam igitur Domini verba propria Domini mundum vocant, proprios vero ejus, qui in eo sunt, sive receperint eum, sive minus (nam qui receperunt, postquam, ut creaturæ, ejus jam fuerant, etiam filii ejus effecti sunt, quam primum eum, qui salutis ipsorum causa venerat, amplexi sunt: qui vero non receperunt, quamvis

 οἱ

ἕτερόν τι τοῖς ῥήμασιν ὑποβαλλόμενοι· ὅτι δὲ ἴδια τὸν κόσμον φησὶ, καὶ ἐκ τούτων ἐστὶ σαφῶς συνορᾶν· Ην γάρ φησι τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ποῖον κόσμον; δηλονότι τὸν αἰσθητόν· καὶ πότε ἐφώτισεν; ὅτε παραγέγονεν ἐν αὐτῷ· Πότε δὲ παραγέγονε; τὸ Ευαγγέλιον βοᾷ· Εν τῷ κόσμῳ γὰρ ἦν, φησι, πάντως γὰρ ἐν τῷ αἰσθητῷ κόσμῳ ὢν τὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν αἰσθητὸν κόσμον ἐφώτιζεν· Ειτα τίνος ἦν ὁ κόσμος ποίημα, ἐν ᾧ τε αὐτὸς ἦν, καὶ τὸν ἐρχόμενον εἰς αὐτὸν o) ἐφώτιζεν, οὐκ ἄλλοθεν δεῖ μαθεῖν, ἀλλ' ἢ ἐξ αὐτῶν τῶν Ευαγγελικῶν ῥημάτων· Ο κόσ-

proprii ſint, tanquam creatura ejus, illi, non recipientes, ſe ipſos dignitate filiorum ſpiritualium privarunt) quoniam, inquam, Evangelica verba *propria* & *proprios* ita interpretantur, quomodo non abominandus eſt eorum error, qui aliam notionem verbis ſubjiciunt? Quod vero *propria* mundum vocet, inde etiam clariſſime perſpici poteſt. *Erat enim*, inquit, *lux vera, quæ illuminat hominem omnem in mundum venientem.* (*Joh. I. 9.*) Quem innuit mundum? omnino ſenſibilem. Quando vero illuminavit? cum in eum venit. Quando vero venit? Evangelium

μος

o) τὸν ἐρχόμενον εἰς αὐτὸν] verba itaque hæc ad ἄνθρωπον refert Photius, conſentientes ſibi habens pleroſque omnes. Interim ſunt, qui putant hæc ad φῶς ſive Chriſtum ipſum reſpicere. Lege B. *Joh. Fechtii* Philocaliam Sacr. in Theſibus Biblicis §. 20.

μος γάρ φησι δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. Ὅ ἴσον ἐστὶ τῷ· εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Ὁρᾷς πῶς πανταχόθεν αὐτὴ ἑαυτῇ μαρτυρεῖ ἡ ἀλήθεια; καὶ τὸ φῶς αὐτῆς μᾶλλον ἀναλάμπει τοῖς ἐπιζητοῦσιν αὐτόν; Τῶν οὖν ἱερῶν ῥημάτων καὶ ἴδια τοῦ σωτῆρος τουτονὶ τὸν ὁρώμενον κόσμον καλούντων, καὶ δι' αὐτοῦ κηρυττόντων αὐτὸν γενέσθαι, καὶ τοὺς ἐρχομένους εἰς τὸν κόσμον οὐκ ἄλλον, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τὸν φωτίζοντα, πῶς οὐ πεφώρακασι τὰ τῆς ἀποστασίας ὡς ἀληθῶς πλάσματα, καὶ τοῦ πονηροῦ τέκνα, ἄλλον μὲν εἰσάγοντες δημιουργὸν τοῦ ὁρωμένου κόσμου, ἕτερον δὲ τὸν φωτίζοντα τὸν ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, κόσμον, ὃν τῆς νοητῆς μόνον δημιουργὸν καταλείπουσιν ὑποστάσεως·

clamat: *in mundo enim erat*, inquiens; omnino enim in ſenſibili mundo exiſtens hominem in mundum ſenſibilem venientem illuminavit. Porro cujus fuerit creatura mundus, in quo & ipſe erat, & venientem in illum illuminabat, non aliunde rectius diſcitur, quam ex ipſis verbis Evangelicis. *Mundus enim*, inquit, *per ipſum factus eſt & mundus ipſum non cognovit* (*Joh.* I. 19.) Id quod ſimile eſt alteri illi: *in ſua venit, & ſui non receperunt eum.* Vides, quomodo veritas undiquaq; ſibi teſtimonium ferat, & lux ejus magis magisque affulgeat ipſam quærentibus? Quandoquidem igitur ſanctiſſima oracula & mundum hunc viſibilem *propria* Servatoris

vocat, & per eum factum esse pronunciat, & eos, qui in mundum veniunt, non alium, quam ipsum illuminare confirmat, quomodo non contremiscunt homines, defectionis vera progenies, & Mali Principii filii, quando alium quidem mundi visibilis conditorem ferunt, alium vero eum, qui venientem in mundum illuminet, quemque substantiæ intelligibilis tantum opificem profitentur?

VIII. Καὶ ἀλλαχόθεν ἄντις τὸ ἄτοπον ἐπιδείξοι ἀνακαλυπτόμενον. Ει γὰρ τὰ ἐπίγειά ἐστι τοῦ πονηροῦ; πῶς ἠνέσχετο διὰ τῶν καρπῶν, οὓς ἔφυσε τὸ ποίημα τοῦ πονηροῦ, τοῦτο μὲν καὶ ἐκ πέντε ἄρτων, τοῦτο δὲ ἐξ ἑπτὰ, πολλὰς μυριάδας χορτάσαι· Πόσῳ γὰρ ἦν ἄμεινον καὶ θεοπρεπέστερον μὴ ἐξ ἀλλοτρείων καρπῶν, ἀλλ᾽ ἐξ οἰκείων δημιουργημάτων τρέφειν τοὺς μυσταγωγουμένους αὐτῷ. Μᾶλλον δὲ πῶς ὅλως τροφὴν ἢ ποτὸν αὐτὸς προσηνέγκατο, ἃ καρπὸς ἦν τῶν ἔργων τοῦ πονηροῦ; πῶς δὲ πάλιν ὀφθαλμοὺς δημιουργῶν τῷ τυφλῷ οὐκ ἐξ

VIII. Et absurditatem rei aliunde quoque manifestam facere licet. Si enim terrestria Mali sunt, quomodo sustinuit, frugibus uti, quas creatura Mali protulit, ita ut nunc ex quinque panibus, nunc ex septem, multas myriadas saturaret? Multo enim satius Deoque convenientius erat disciplinæ suæ alumnos non ex fructibus alienis, sed de suis rebus pascere. Imo quomodo in universum cibo aut potu ipse usus est, tanquam fructibus operum Principii mali? Quomodo

ἀλ-

ἄλλης ὕλης ἀλλ' ἐκ γῆς καὶ ὕδατος, ἅπερ ἦν τοῦ πονηροῦ, τὴν ὄψιν ἐκαινοποίει, μονονουχὶ συμμεριζόμενος τῷ ἐχθρῷ, καὶ τῷ μὲν ἀφεὶς τὸ πλέον ποιεῖν· αὐτὸς δὲ τὸ μέρος ἐξ ἀλλοτρίας ὕλης ὥσπερ ἀπορῶν ἰδίας, τοῦ ἀλλοτρίου πλάσματος ἀναπληρῶν· Καίτοι εἰ μηδὲν ἄλλο, ἀλλ' αὐτόγε τοῦτο τοὺς ἀθλίους ἔδει δυσωπηθῆναι καὶ κατανοῆσαι. Ὅτι ὄντως ὁ πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκ πηλοῦ αὐτός ἐστιν ὁ καὶ κατ' ἀρχὰς πλάσας τὸν ἄνθρωπον ἐκ πηλοῦ· οἵας γὰρ ὕλης ἐστὶ τὸ μέρος, τῆς αὐτῆς καὶ τὸ ὅλον· καὶ ὃν ἔσχε τὸ ὅλον δημιουργὸν, τὸν αὐτὸν καὶ τὸ μέρος· ἄλλως τε δὲ, εἰ τὸ σῶμά ἐστιν ἐκ τοῦ πονηροῦ, πῶς ἔκλαυσε διαφθειρομένου αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, καὶ πῶς ὑπέμεινε διαλυόμενον τὸ ἔργον τοῦ πονηροῦ αὐτὸς πάλιν συσφίγξαι καὶ ζωο-

iterum cœco oculos fabricans non ex alia materia, quam ex terra & aqua, quæ erant Mali, viſum reſtituit, operas cum hoſte partitus, atque illi quidem potiora permittens, ipſe vero partem ſuam ex aliena materia, tanquam qui propria ſit deſtitutus, & aliena acceſſione explens. Hujus certe, ſi nullius præterea, pudere debebat homines perditiſſimos, ut conſiderarent, quod, qui oculos formavit ex luto, ipſe vere eſt is, qui ab initio hominem ex luto condidit. Cujus enim materiæ pars eſt, ejusdem quoque eſt totum: & quem conditorem habuit univerſum, eum & pars habuit. Adde his: ſi corpus a Malo profectum eſt, quomodo flevit ipſe, cum id in

πο-

ποιῆσαι, καὶ τὸν Λάζαρου ἀναστῆσαι; Καὶ τότε τὸν ἴδιον ἐπικαλούμενος Πατέρα, ἵνα τὸ πλάσμα τοῦ πονηροῦ καλῶς διαφθειρόμενον αὐτὸς πάλιν ἀνασώσῃ καὶ ζωώσῃ. Καὶ εἰ τὸ σῶμά ἐστι τοῦ πονηροῦ, πῶς τὸν τῆς χήρας υἱὸν τεθνεῶτα ἀνέστησε; πῶς τὰς ἄλλας μυρίας θεοσημείας, ὅσαις τὰ τῶν ἀνθρώπων εὐεργέτησε σώματα, διεπράξατο; ὁ δὲ τοῦ ἑκατοντάρχου παῖς, ἡ δὲ τοῦ Πέτρου πενθερά, ἡ συγκύπτουσα τῷ πάθει γυνή, ἡ τῷ πολυχρονίῳ ῥεύματι κατασυρομένη τοῦ αἵματος καὶ πᾶσαν ἀφῃρημένη σωτηρίας ἐλπίδα, οἱ λεπροί, οἱ παράλυτοι, οἱ κωφοί, τὰ μυρία τῶν παθῶν καὶ τῶν νοσημάτων γένη, ὧν ἁπάντων καθαρὸν ἀπέλυε τὸ σῶμα· Ταῦτα πάντα οὐχ ἱκανὰ καταισχῦναι τοὺς λέγοντας τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα πλάσματα τοῦ πονηροῦ; πῶς γὰρ

Lazaro periret, & quomodo opus Mali abolitum ipse restituere & in vitam vindicare, ac Lazarum resuscitare sustinuit? ipsum quoque Patrem eo tempore implorans, ut creaturam Mali optime perditam ipse iterum reficeret & in vitam revocaret? Imo si Corpus Mali est Principii, quomodo filium viduæ mortuum resuscitavit? quomodo tot mille alia miracula, quibus hominum profuit corporibus, perpetravit? nonne denique centurionis puer, Petri socrus, mulier ex morbo depressa (*Luc.* XIII. 11.) femina sanguinis fluxu per multos annos debilitata, omnique salutis spe privata, leprosi, paralytici, claudi, surdi, atque mille alia calamitatum & morborum exempla, a

τὸ πλάσμα τȣ̃ ἐχθρȣ̃ ὁ ἀγαθὸς θεὸς διαφθειρόμενον ἀνεκαίνιζε; καὶ ȣ̓ προσιόντων μόνον τὰ πάθη ἀπήλαυνεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκείνοις ἐπιφοιτῶν καὶ παραγινόμενος· Περιῆγε γὰρ ὁ Ἰησȣ̃ς τὰς πόλεις πάσας καὶ τὰς κώμας διδάσκων ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Καὶ ȣ̓κ ἐθεράπευσε μὲν ȣ̃τως, ἐσίγα δὲ τὴν θεραπείαν, ἀλλὰ καὶ προσέταξε διαγγέλλεσθαι· Πορευθέντες γάρ φησιν ἀπαγγείλατε Ἰωάννῃ· τυφλοὶ ἀναβλέπȣσι, χωλοὶ περιπατȣ̃σι, λεπροὶ καθαρίζονται, κωφοὶ ἀκȣ́ȣσι, καὶ νεκροὶ ἐγείρονται. Καὶ τοῖς μαθηταῖς δὲ σημεῖον τῆς αὐτȣ̃ δυνάμεως καὶ ἰσχύος καὶ χάριτος, τὸ ἐπὶ ἀῤῥώςȣς χεῖρας ἐπιθεῖναι καὶ ἰᾶσθαι δίδωσιν· ȣ̃τως ὡς οἰκείȣ πλάσματος ἐποιεῖτο τὴν πρόνοιαν, ὁ καὶ τὴν ψυ-

quibus corpora immunia reddidit: nonne, inquam, iſta omnia idonea ſunt ad perfundendos rubore illos, qui corpora hominum Mali creaturam dicunt? Quomodo enim opus hoſtis perditum Bonus Deus renovavit, neque ſolum eorum, qui ad ipſum ſe recipiebant, mala averruncavit, ſed & ipſe ad eos acceſſit. *Jeſus enim urbes omnes & vicos obiit, docens in Synagogis ipſorum, & morbos omnis generis ac infirmitates ſanans.* (*Matth.* IX.35.) Neque ſolum medelam illis attulit, factamque tacuit medicinam, ſed &, ut narrarent aliis, præcepit. *Euntes enim*, inquit, *renunciate Ioanni: cœci vident, claudi ambulant, leproſi purgantur, muti audiunt, & mortui reſurgunt.* (*Matth. XI.* 5.) Diſcipulis vero

χὴν

χὴν καὶ τὸ σῶμα παραγεγονὼς σῶσαι Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ μέχρις αὐτοῦ τὴν εὐεργεσίαν αὐτοῦ περιγράφων, ἀλλὰ καὶ τοῖς μαθηταῖς τὰ ἴσα ποιεῖν διδοὺς τὴν ἐξουσίαν· Ει δὲ ὡς τὰ τοῦ πονηροῦ στόματα θεομαχεῖ, τὸ σῶμά ἐστι τοῦ πονηροῦ, πῶς δι᾽ αὐτοῦ τὰ μέγιστα τῶν κατορθωμάτων πράττομεν, σωφροσύνην, ἐγκράτειαν, ἀγρυπνίαν, στάσιν, πρὸς τὰ δεινὰ καρτερίαν, μαρτυρίου πόνους, ἃ πάντα σώματος μᾶλλον ἢ ψυχῆς ὄντα, εἰς δόξαν ἀναφέρεται τοῦ πλάστου καὶ δημιουργοῦ· Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτὴν οὔτε πρᾶξαι ταῦτα πρὸς ἀγῶνας ἔλθοι, p) οὔτε λό-

ſignum potentiæ ſuæ, virtutis ac gratiæ largitur, ut ægrotis manus imponant eisque medeantur. Adeo Chriſtus, Deus noſter, qui ad ſervandam animam & corpus venit, corporis, tanquam proprii operis, curam ſuſcepit, neque beneficentiam ſuam in eo juſſit acquieſcere, ſed &, ut eadem facerent, diſcipulis ſuis poteſtatem fecit. Si vero, quod Mali Principii ora contra Deum profitentur, corpus a Malo ortum eſt, quomodo per illud præclariſſima quæque efficimus, temperantiam, v.c. continentiam, vigilantiam, re-

γον,

p) πρὸς ἀγῶνας ἔλθοι] phraſis gymnaſtica, cujus vox media variis ſignificatibus ſubjecta eſt, quas Euſtathius ſummatim, ad Iliados σ. p. 1148. ita complexus eſt: ὁ δὲ ἀγὼν πολυσήμαντος λέξις, κατὰ τοὺς παλαιούς. Ἀγὼν γάρ, φασιν, ὅμιλος, κύκλος, μάχη, ἔρις, ἀγορά, συναγωγὴ καὶ ἐπίδειξις. Ego hic locum, in quo certamen ſuſcipitur, indicari pu-

γον, ὅτι μὴ ἔπραξεν, εἰσπραχθήσεται πλημμελείας. Πῶς οὖν τὸ ποίημα τοῦ πονηροῦ πράττει τὰ ἀγαθὰ, καὶ συνεργεῖ τῇ ψυχῇ κατορθῶσαι, ἃ, μὴ παρόντος, οὐμενοῦν οὐ κρίνεται κατορθώματα. Σὺ δὲ λογίζου καὶ τοῦτο. Εἰ τὸ σῶμα ἦν τοῦ πονηροῦ, πῶς ὁ Παῦλος ἐλυπεῖτο, νοσοῦντος τοῦ Ἐπαφροδίτου, καὶ ἔλεγεν· ὅτι ἐλέησεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐκεῖνον δὲ μόνον, ἀλλὰ καί ἐμε, ἵνα μὴ λύπην ἐπὶ λύπῃ σχῶ· τί γὰρ ἔδει λυπεῖσθαι τὸν Παῦλον, ὁρῶντα λυόμενον τὸ πλάσμα τοῦ πονηροῦ, καὶ εἰ τὸ πλάσμα ἦν τοῦ πονηροῦ, πῶς ἐπέστελλε Τιμοθέῳ ὁ αὐτὸς μετάρ-

sistentiam, patientiam in adversis, martyrii labores, quæ quidem omnia ad corpus magis quam animum pertinentia in conditoris creatorisque gloriam tendunt. Anima enim, sibi relicta, non ingrederetur unquam studium ad ejusmodi præstanda, neque si omitteret, ad reddendam rationem vocari posset. Quomodo itaque creatura Mali perficit bona, & succurrit animæ ad præclara illa perficienda, quæ, eo absente, perficere non judicatur. Tu vero etiam hoc velim consideres. Si corpus Mali

σιος

tem per ἀγῶνας, quam vocis notionem demonstravit *Io. Georg. Gravius* in notis ad Hesiodi Ἀσπίδα v. 312. De aliis significationibus lege *Ezech. Spanhemium* ad Orationes Iuliani p. 11. 12. *Ludovic. Cresollium* in Theatro Rhetorum & Sophistarum lib. III. c. 17. *Gottfred. Olearium* ad Philostrati Vitas Sophistarum l. 22. §. 1. n. 4. & *Iac. Tollium* ad Longinum περὶ ὕψους Sect. IX. & XI. n. 1. Pertinet huc phrasis ἀγὼν πρόκειται, de qua exponit *Lamb. Bos* in notis ad N.T. p. 254.

σιος ἄνθρωπος· οἴνῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας· Ἔδει γὰρ τὸν οὐράνιον ἐκεῖνον διδάσκαλον, εἴπερ ἐφρόντιζε Τιμοθέου, ἐπεὶ καθ' ὑμᾶς πλάσμα ἦν τὸ σῶμα τοῦ πονηροῦ, γράφειν αὐτῷ, μηδόλως κέχρησο οἴνῳ, ἵνα θᾶττον ῥαγῇ τὸ πλάσμα τοῦ πονηροῦ, καὶ ἐλευθερωθῇς τοῦ βάρους αὐτοῦ· Καὶ εἰ τὰ σώματά εἰσι τοῦ πονηροῦ, πῶς λέγει ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται, καὶ ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται ἄνευ τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Τί γὰρ μέλει τῷ ἀγαθῷ θεῷ ὑπὲρ τῶν πλασμάτων τοῦ πονηροῦ· οἷς οὔτε πρόκειται ἆθλα, οὔτε ζωὴ αἰώνιος· οὔτε ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἀλλ' ὅτι κτίστης αὐτῶν καὶ κύριος, καὶ ἐξουσιαστής· διὰ τοῦτο οὐδὲ ταῦτα χωρὶς αὐτοῦ στερίσκεται ζωῆς·

fuit principii, quomodo Paulus, ægrotante Epaphrodito, triſtatus fuit, & dixit: *Deus miſertus eſt illius, nec illius ſolum, ſed & mei, ne triſtitiam ſuper triſtitia haberem.* (*Philip. II.* 27.) Quid enim neceſſe erat Paulum triſtari, videntem, quod creatura Mali perdita ſit: &, ſi creatura fuiſſet Mali, quomodo idem Vir divinus ſcripſit Timotheo: *vini parum adhibe ob ſtomachum tuum, & morbos frequentiores.* (1. *Timoth. V.* 23.) Divinum enim illum Doctorem, ſiquidem vere de Timotheo ſolicitus fuit, ſecundum vos, quia corpus Mali erat creatura, ſcribere decebat: omnino non utere vino, ut eo citius id, quod Mali eſt, frangatur, tuque onere ejus leveris. Quod ſi corpora ad

Πῶς

Πῶς δὲ καὶ μεγαλυνθήσεται Χριστὸς ἐν τῷ τοῦ Παύλου σώματι, εἴπερ τὸ σῶμα πλάσμα τοῦ πονηροῦ; Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ μυστηρίων ὑποφήτης, εἴπερ οὐκ ἦν τὸ σῶμα πλάσμα τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, πῶς τὸ σῶμα καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν ὁλόκληρον ἐπεύχεται διατηρηθῆναι, καὶ τότε ἐν τῇ τοῦ Κυρίου παρουσίᾳ; Λέγει γάρ· αὐτὸς δὲ ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑμᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρηθείη. Χωρὶς δὲ τούτων εἰ ἄλλης μὲν ἦν ἀρχῆς ἔργον ἡ ψυχή, ἑτέρας δὲ τὸ σῶμα, πῶς ὁ ἀληθὴς ἡμῶν πλάστης καὶ Θεὸς ἀπερισπάστους εἶναι βουλόμενος, τοὺς αὐτοῦ νουθετῶν λατρευτάς, παραινεῖ περὶ ἑκατέρου λέγων· μὴ μεριμνᾶτε

Malum originem ſuam referunt, quomodo Jeſus Chriſtus, Dominus noſter, ait: *nonne duo paſſeres uno aſſario venduntur, neque tamen unus eorum ſine Patre veſtro, qui in cœlis eſt, cadit* (*Matth.* X. 29.) Quid enim Bono Deo curæ eſt de creaturis Mali, quibus nec præmia, nec vita æterna, nec regnum cœlorum propoſita ſunt? At quoniam Dominus eorum & conditor & ſuperior eſt, ideo neque illa ſine ipſo vita privantur. Quomodo vero Chriſtus in corpore Pauli glorificabitur, ſiquidem corpus a Malo eſt formatum? Imo quomodo myſteriorum divinorum præco, ſi corpus non fuit creatura Dei, qui eſt ſuper omnia, corpus & ſpiritum & animam precatur totam

τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε, ἢ τί πίητε, μηδὲ τῷ σώματι ὑμῶν, τί ἐνδύσησθε· εἶτα καὶ πλέον ἡμᾶς τῷ παραδείγματι πρὸς τὴν νουθεσίαν ἕλκων· Ἐμβλέψατέ, φησιν, εἰς τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θερίζουσιν, οὐδὲ συνάγουσιν εἰς ἀποθήκας. καὶ πόθεν αὐτοῖς ἡ ζωή; ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά· Ει οὖν πατέρα ἡμῶν οὐράνιον τὸν τρέφοντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οἶδε καὶ λέγει τῆς ἀληθείας ἡ πηγὴ, λέγει δὲ καὶ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ τὸν εἰς τὸν κλίβανον βαλλόμενον ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ θεοῦ, κάλλος ἀμφιέννυσθαι, οἷον οὐδὲ Σολομὼν ἐν ὅλῃ αὐτοῦ περιεβάλετο τῇ δόξῃ, πῶς τὰ ἀπύλωτα τῆς ἀσεβείας στόματα, ἄλλον μὲν τοῦ χόρτου καὶ τῶν πετεινῶν καὶ τοῦ σώματος, καὶ τῶν αἰσθητῶν ἁπάντων χειροτονοῦσι

conſervari, idque ad Domini adventum? Ait enim: *Deus vero pacis ſanctificet vos integros, & totus Spiritus veſter, & anima & corpus inculpata conſerventur in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti.* (1. *Theſſal.* V. 23.) Præter vero iſta, ſi anima alterius Principii opus exiſteret, alterius vero corpus, quomodo verus noſtri conditor & Deus, ſervos ſuos curis non diſtractos eſſe cupiens, de utroque præcipit dicens: *ne curate de anima veſtra, quid edatis aut bibatis, neq; corpori veſtro, quid induatis.* (*Matth.* VI. 25.) Poſtea adhuc magis exemplo quodã ad percipiendas admonitiones perducturus, *Inſpicite*, inquit, *in volucres cœli, quia non ſerunt, nec metunt, neque in granaria congerunt*; & unde illis victus ſuppetit? *Pater*

δημι-

δημιουργὸν ἑτέρῳ δὲ τὴν ἡμίτομον χαρίζονται ἀρχήν;

vester cœlestis nutrit eas. (*Matth.VI.26.*) Si itaque Patrem nostrum cœlestem eum, qui volucres cœli nutrit, & agnoscit, & appellat veritatis fons, imo vero gramen agri, in fornacem conjici solitum, ab eodem Deo, ea forma indui ait, qua nec Salomon in omni sua gloria conspicuus fuerit, quomodo effrenata impietatis ora alium quidem graminis, & avium & corporis & rerum sensibilium omnium conditorem renunciant, alteri vero dimidium principatum ex gratia quasi largiuntur?

IX. ὅτι δὲ ὁ αὐτός ἐστιν ὁ καὶ ταῦτα τὰ πρόσκαιρα διδοὺς, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν λεπτομερέστερον βεβαιῶν τὸ δόγμα, οἶδε γάρ φησιν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, ὅτι χρῄζετε τούτων ἁπάντων· ζητεῖτε δὲ πρῶτον τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. τίνος οὖν, ἄθλιε, ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ τίνος ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ; καὶ τίς ὁ προστιθεὶς καὶ τὰ εἰς τὴν χρείαν τοῦ σώματος διαρ-

IX. Quod vero idem sit, qui & secularia hæc & cœlorum regnum largitur, paucis commonstraturus Servator: *novit enim*, inquit, *Pater vester cœlestis, quod his omnibus indigetis. Quærite vero primum regnum Dei, & justitiam ejus, & ista omnia adjicientur vobis.* (*Matth. VI.* 32.) Cujus est, homo perditissime, regnum cœlorum, & cujus est justitia ejus? & quis suppeditat necessitatibus corporis cōsultura?

κῇ; οὐχ ὁ αὐτὸς θεὸς ὁ εἷς καὶ μόνος; οὐχ ὁ κοινὸς πλάστης; οὐχ ὁ πάντων δημιουργός; εἰ δὲ ὁ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, ὁ αὐτός ἐστιν ὁ καὶ διὰ τὴν τελείωσιν τῶν ἀρετῶν υἱοθετούμενος ἡμᾶς, οὗτος δέ ἐστιν ὁ πατὴρ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, πῶς οὐχὶ σφόδρα βδελυκτὸν ἡ ἀσέβεια τῶν Ἀποστατῶν; Ἐγὼ γάρ, φησιν ὁ σωτὴρ, ὑμῖν λέγω· Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς· Εἶτα· καὶ τίς ὁ τοῖς πειθομένοις μισθός; ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ἀλλὰ τίς ὁ ἐν οὐρανοῖς πατήρ; ὁ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὡς

nonne idem Deus, qui unus est & solus? nonne communis formator? nonne omnium Dominus? Si vero, qui Solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluviam super justos & injustos demittit, idem est, qui ad perficiendas virtutes nos in filios adoptavit; hic vero est Pater noster, qui in cœlis est; Nonne vehementer abominanda est Apostatarum impietas? *Ego enim*, inquit Servator, *vobis dico: Diligite inimicos vestros, bene facite odio prosequentibus vos.* (*Matth. V.* 44.) Pergit, si quæratur, quænam sit obedientiæ merces? *ut fiatis filii Patris vestri cœlestis.* Quis vero est Pater cœlestis? *qui Solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluviam mittit super justos & injustos* (*ibid.* v. 45.) *Sitis*

ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν οὐρανοῖς τέλειός ἐστιν· ὁ γοῦν τέλειος πατὴρ, ὃν ἡμᾶς μιμεῖσθαι ὁ φύσει παραινεῖ υἱὸς, αὐτὸς οὗτός ἐστιν, οὐκ ἄλλος, ὁ τὸν ὁρώμενον ἀνατέλλων ἥλιον· καὶ τὸ φῶς ἡμῖν τοῖς αἰσθητοῖς τὸ αἰσθητὸν χορηγῶν, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, ἐπὶ καρποφορίᾳ καὶ γεωργίᾳ τῆς γῆς· καὶ ὡς ἂν, εἴτι πρὸς ἀκρασίαν ἀπέκλινε διὰ ξηρότητα, ᾧ χρώμεθα πρὸς ἀναπνοὴν, ὁ ἀὴρ, διὰ τῆς ἀπὸ τῶν ὑετῶν νοτίδος πρὸς εὐκρασίαν ἐπαναχθῇ· ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ τῆς ἀμερίστου τοῦ θεοῦ βασιλείας ἔκθεσμοι μερισταί. οἱ τῆς γῆς μὲν καὶ τοῦ ἀέρος καὶ τῶν ὑετῶν, καὶ τοῦ ἡλίου, καὶ τῶν ὁμοστοίχων ἕτερον ἀναπλάττοντες δημιουργὸν, ἄλλον δὲ τῶν

igitur perfecti vos, sicut Pater vester cœlestis perfectus est. Perfectus igitur Pater, quem imitari nos jubet, qui natura est filius, idem ille est, non alius qui Solem visibilem oriri facit, quique lucem sensibilem nobis, qui sensibus subjecti sumus, suppeditat, & pluit super justos & injustos, ut fructus ferre & coli terra possit, utque, si quid ob ariditatem ad intemperiem vergat, aer, quo ad respirationem utimur, per humorem pluviæ temperetur. Ubi igitur sunt nefandi illi imperii Dei partitores, qui terræ, aëris, pluviarum, Solis, aliorumque ejusmodi alium fingunt conditorem, alium vero eorum, quæ in classe & ordine rerum in-

ἔτι παρὰ ταῦτα τὴν τῶν νοητῶν ἐπέχει q) τάξιν.

X. Σὺ δέ μοι σκόπει καὶ τοῦτο· Εἰ θρόνον τοῦ θεοῦ τὸν οὐρανὸν καλεῖ ὁ μᾶλλον τῶν ἄλλων τὸν πατέρα καὶ τὰ τοῦ πατρὸς εἰδὼς, ὑποπόδιον δὲ τὴν γῆν καὶ πόλιν αὐτοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀσεβείας, ὧν μάρτυς ὁ υἱὸς, ταῦτά τινας περικόπτειν αὐτοῦ, καὶ ἕτερον τῶν περικοπέντων ποιεῖν ποιητήν; ὁ γὰρ πάντα πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν καὶ πράττων καὶ παραινῶν Χριστὸς ὁ θεὸς, τὸν ὅρκον ὡς ὄντα τῆς ἐπιορκίας πύλην τῆς ἀνθρωπίνης ἀποκλείων πολιτείας, φησίν· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ὀμῶσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ θεοῦ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑπο-

telligibilium locum tenent.

X. Tu vero & hoc mihi expende: Si thronum Dei cœlum appellat is, qui præ aliis Patrem, & quæ Patris sunt, novit, terram scabellum, & Hierosolyma civitatem ejus, nonne maximæ impietatis argumentum est, ea, quorum filius testis est, quosdam ipsi, præscindere, & eorum, quæ prærepta sunt, alium venditare auctorem. Christus enim Deus, qui omnia ad salutem nostram & facit, & monet, jusjurandum, tanquam perjurii inter homines portam, in civili societate claudens, ait: Ego vero dico vobis: *ne juretis*

πό-

q) ἐπέχει] Legendum fuerit, vi constructionis, ἐπεχόντων, nisi τὸ ἔτι proxime antecedens, quod hic locum non admodum tueri videtur, cum ἅ permutandum censeas.

πόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐστι· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶ τοῦ Βασιλέως τοῦ μεγάλου· ἀλλὰ μηδὲ ἐν τῇ κεφαλῇ σου φησὶν, ὅτι οὐ δύνασαι ποιῆσαι ἐξ αὐτῆς λευκὴν τρίχα ἢ μέλαιναν. Κεφαλὴν, καὶ Ἱεροσόλυμα καὶ γῆν, καὶ οὐρανὸν τὰ αἰσθητὰ, τὰ ὄψει κρινόμενα, λέγων, ἃ τοῖς Ἰουδαίοις ἔθος ἦν ὅρκον ποιεῖσθαι. r) Μηδὲ πάλιν εἰς μύθους καὶ λήρους τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν ἡ μανία περιτρέποι· Τὸν γὰρ ὁρώμενον οὐρανὸν, καὶ τὴν αἰσθητὴν γῆν, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἃ πάλαι μὲν ᾠκοδόμητο, γενεαῖς δὲ ὕστερον ὁ Δαβὶδ ἀνοικοδομεῖ καὶ πολίζει· ταῦ-

omnino, neque per cœlum, quia thronus est Dei; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolyma, quia civitas est Regis magni: (Matth. V. 34.) sed neque per caput tuum, addit, quia non potes producere ex ea capillum album aut nigrum. Caput, & Hierosolyma, & terram, & cœlum sensibus & visu dignoscenda hic memorat, per quæ Judæi jurare consveverant. Caveat vero sibi insana cohors, ne denuo in fabulas & nugas caput, & Hierosolyma, & terram & cœlum convertat. Cœlum enim, quod conspicitur, & terram, qua sentitur

 τα

r) ὅρκον ποιεῖσθαι] de his aliisque jurandi formulis, apud Judæos tunc receptis lege post *Joh. Lightfotum* ad istum Matthæi locum, *Buxtorfium* in Lexico Rabbinico fol. 2314. *Seldenum* de Synedriis Hebr. II. 11. §. 7. & inprimis *Io. Friederic. Miegium* in notis ad Maimonidis Tract. de Juramentis p. 122. sqq.

τα τὸν μὲν θρόνον καλεῖ, τὴν δὲ ὑποπόδιον, τὰ δὲ πόλιν τοῦ μεγάλου βασιλέως. Ποίου βασιλέως; αὐτὸς ἑτέρωθι σαφέστερον ἐκδιδάσκει· μὴ ποιεῖτε, λέγων, τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου· τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸν τοῦ πατρὸς οἶκον ἀποσεμνύνων· δι' ὃν καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα τοῦ βασιλέως πόλιν καλεῖ. Ὃν γὰρ ἐν τῇ τῶν ὅρκων ἀπαγορεύσει μέγαν ἀνεῖπε βασιλέα, ἐνταῦθα πατέρα ἴδιον ἐθεολόγει· διὸ καὶ τοὺς πωλοῦντας τὰς βόας καὶ τὰ πρόβατα, καὶ τὰς περιστερὰς, τὴν πατρικὴν οἰκίαν τῆς ἐμπορικῆς καθαίρων παροινίας ἀπελαύνει· καὶ τὴν δικαίαν αὐτοῖς ὀργὴν ἀπειλεῖ. οἷα δὴ καταφρονητὰς εὑρὼν καὶ τοῦ πατρικοῦ οἴκου καὶ τῆς πατρικῆς ἐντολῆς. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων· εἰ πρότερον μὲν ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος ἐμ-

& Hieroſolyma urbem olim quidem exſtructam, aliquot autem ſæculis poſt à Davide reædificatam, ea inquam thronum, ſcabellum & urbem magni Regis appellat. Cujus autem Regis? ſic ipſe alibi clarius edocet: *ne faciatis*, inquit, *domum Patris mei domum nundinationis* (*Joh. II.* 16.) templum ſcilicet Hieroſolymitanum domum Patris appellans, propter quod & Hieroſolyma Regis urbem vocat. Quem enim in prohibitione jurisjurandi magnum pronunciavit Regem, eum hic Patrem ſuum & ſimul Deum appellat. Ideo & vendentes boves & oves & columbas a paterna domo, caſtigata mercandi inſolentia, arcet, juſtamque illis iram comminatur, quos ſcilicet &

πνεύ-

πνεόμενος ὁ Δαβὶδ, ὕστερον δὲ καὶ ὁ θεῖος Παῦλος λαμπρᾷ διακέκραγε τῇ φωνῇ· ὡς ὁ κηρυττόμενος ὑπὸ Μωσέως Θεὸς, πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν λέγει. Τῷ σωτῆρι γὰρ ἡμῶν ὁ Παῦλος πρὸς Ἰουδαίους γράφων, τὴν πατρικὴν ἁρμόζει φωνὴν, τὴν διὰ τοῦ Δαβὶδ προφητευθεῖσαν· Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, καὶ πάλιν· Ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν· Καὶ πάλιν· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ· Καὶ ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· Εἶτα· ἀκούσατε οἱ κωφοὶ, καὶ οἱ τυφλοὶ ἀναβλέψατε! Ἐπάγει γάρ· καὶ σὺ κατ᾽ ἀρχὰς, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ οὐρανοί· Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις·

paternæ dom9 & paterni præcepti contemtores videbat. Quid præterea dicent, ſi primum quidem David, a Spiritu Sancto actus, deinde vero etiam divinus Paulus clara voce clamavit, quod Deus a Moſe prædicatus ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum inquit: Ad Servatorem enim noſtrum Paulus, ad Hebræos ſcribens, Patris accommodaɩ vocem per Davidem prænunciatam: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Iterumque alibi: *ego ero tibi in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.* (*Hebr. I. 5.*) Item: *& adorabunt ipſum omnes Angeli Dei.* (*ibid. v.7.*) Et: *thronus tuus, ò Deus, eſt in ſæculum ſæculi: ſceptrum regni tui*, (*ibid. v.* 8.) Porro: (attendite ſurdi, & videte cœci!) Addit enim: *Tu vere a*

Καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν· Εἰ ταῦτα προεῖπε μὲν ἐν πνεύματι ὁ θεοπάτωρ Δαβίδ, ἐπεσφράγισε δὲ ὁ τῶν ἀρρήτων μύστης καὶ μυσταγωγὸς, ὡς ὁ τῆς παλαιᾶς νομοθεσίας Θεὸς αὐτὸς μέν ἐστιν ὁ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πατήρ· αὐτὸς δέ ἐστιν ὁ καὶ τὸν θρόνον τοῦ φύσει παιδὸς s) εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος ἑδρασάμενος· καὶ τῶν ἀγγέλων πάντων τὰ τάγματα προσκυνητὰ καὶ δοῦλα πεποιηκὼς τοῦ γεννήματος· ὁ αὐτὸς δὲ

principio, Domine, terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Illi peribunt, tu vero permanebis. Et omnes instar involucri convolves eos, & immutabuntur. Tu vero idem es, & anni tui non deficient (ibid. v. 10. & 11.) Quod si ista in Spiritu prædixit, qui Dei pater est, David, obsignavit autem arcanis sacris initiatus & initians alios Paulus, quod scilicet Veteris Testamenti Deus idem est & Domini nostri Jesu Christi filius, idemque thronum sui natura filii in sæculum sæculi firmavit, & omni-

καὶ

s) τοῦ φύσει παιδὸς] i. e. *veri filii*, non adoptivi, non putatitii. Hæc enim inter ceteras notio hujus vocis est apud Scriptores Ecclesiasticos. Vide inprimis *Dionys. Petavii* Dogmata Theologic. Tom. II. lib. IV. c. 2. pag. 190. *Mosen Amyraldum* Diss. VI. Theolog. de Peccato Originali p. 581. sqq. & ex nostratibus *Christoph. Franckii* Exercitatt. Anti-Limborch. p. 246. sq. & Celeb. *Ioh. Albert. Fabricium* ad Sextum Empiricum. p. 9. Sic noster infra γνήσιον υἱὸν appellat.

καὶ οὐκ ἄλλος τήν τε γῆν ἐθεμελίωσε, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ εἰσιν οἱ οὐρανοί· Πῶς οὐ πᾶσαν ἀσέβειαν ἀποκρύπτουσιν, οἱ ἄλλον μὲν τὸν Πατέρα λέγοντες τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἄλλον δὲ τὸν δημιουργήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἀφαιροῦντες μὲν τοῦ κτίστου τὰ κτίσματα, νέμοντες δὲ ταῦτα τῷ σπορεῖ τῶν ζιζανίων, ἐφ᾽ ᾧ τὴν ἀπώλειαν αὐτοῖς ἀνταμείψεται, καὶ τὴν ἡτοιμασμένην αὐτῷ τιμωρίαν συμμετάγονται· Τὰ ἴσα δὲ τοῖς εἰρημένοις κἀν ταῖς Πράξεσιν ὁ θεῖος Λουκᾶς εἰ καὶ τὸ πλεῖστον τῆς ἀποστασίας αὐτῶν τὰς ἐκείνου φωνὰς οὐ προσίενται· ὅμως ἐκεῖνος τῇ Ησαίου φωνῇ, μᾶλλον δὲ τῇ τοῦ Στεφάνου κεχρημένος γλώσσῃ, λαμπρῶς αὐτῶν διὰ μέσου τῶν Ἰουδαίων ἐμφράττει τὰ στόματα· οὗτος γὰρ ὁ τὸν ἀθλοφορικὸν πρῶτος ἀ-

um Angelorum ordines progeniei suæ adoratores & famulos constituit, imo qui idem, & non alius, terram fundavit, & cujus manuum opera cœli sunt; nonne omnem impietatem in sinu reconditam habent, qui alium quidem Patrem Domini nostri Jesu Christi, alium vero cœli & terræ conditorem fingunt, conditori creaturas suas auferentes, easdemque Zizaniorum satori vindicantes? Pro quo certe interitum ipsis retribuet, ut in pœnam, quæ illi parata est, cum ipso ducantur. Similia dictis in Actis afferens divinus Lucas, (quamvis maxima horum Apostatarum pars dicta ejus non recipiat,) Jesaiæ scilicet vel potius Stephani lingua usus, egregie per Judæos ora va-

ναδησάμενος στέφανον, ἐν τῷ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ἐλέγχῳ, ἄλλοις τε ἐπιχειρήμασι τὸ ἀναίσχυντον αὐτῶν καταισχύνων εἰσάγει καὶ τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διακεκραγότα καὶ λέγοντα· ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι λέγει κύριος. Καὶ ἅπερ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ σωτὴρ ἔφη περὶ τοῦ Πατρός· θρόνον μὲν καλῶν τὸν οὐρανὸν, ὑποπόδιον δὲ τὴν γῆν, καὶ πόλιν αὐτοῦ τὰ Ἱεροσόλυμα· ταῦτα συμμαρτυρῶν ὁ πρωτομάρτυς τῷ δεσπότῃ διὰ τῆς Ἡσαίου φωνῆς τὸν πατέρα παράγει λέγοντα ταῦτα· Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν ὁ σωτὴρ τὴν τῶν ὀμνυόντων στηλιτεύων καὶ ἐπιστομίζων ματαιολογίαν, τὴν αὐτὴν κρατύνει διδασκαλίαν· μωροὶ γάρ, φησι, καὶ τυφλοὶ, τίς μείζων ἐστιν; ὁ χρυσὸς ἢ

illis obturat. Is enim, cum primus coronam victricem reportasset, in sua Judæorum confutatione, inter cetera argumenta, quibus impudentiam eorum confundit, Patrem Domini nostri Jesu Christi introducit clamantem & dicentem: *cælum mihi thronus est, & terra scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, ait Dominus.* (*Act. VII.* 49.) Et quæ in Evangeliis Servator dixit de Patre, thronum quidem ejus cœlum, scabellum vero terram, & urbem ejus Hierosolyma vocans, eadem testatus primus Martyr Jesaiæ verbis Patrem introducit eadem dicentem. Alibi quoque iterum Servator, vaniloquentiam jurantium reprimens & cohibens eandem doctrinam adstruit.

ὁ ναὸς, ὁ ἁγιάζων τὸν χρυσόν; οὐκοῦν ὁ τῆς παλαιᾶς ναὸς οὐ μόνον ἅγιος ἦν, ἀλλὰ καὶ ἁγιάζειν εἶχεν ἰσχύν. Καὶ πάλιν· τί μεῖζον; τὸ δῶρον ἢ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἁγιάζον τὸ δῶρον; σαφῶς κἀνταῦθα δεικνὺς, ὅτι τὸ θυσιαστήριον ἅγιόν τε ἦν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ ἀνατιθέμενα ἅγια ἐποίει· Καὶ μετὰ βραχέα· καὶ ὁ ὀμόσας φησὶν ἐν τῷ οὐρανῷ· διάνοιξον ἄνθρωπε τὸ οὖς, ὅπερ ἔπλασε μὲν ὁ θεὸς ἀκούειν, μετέπλασε δὲ ὡς ἀληθῶς ὁ πονηρὸς εἰς κωφόν· Πλὴν ἄκουσον· Ὁ ὀμόσας, φησὶν, ἐν τῷ οὐρανῷ ὀμνύει ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐν τῷ καθημένῳ ἐπάνω αὐτοῦ· Ὥστε ἅγιος μὲν ὁ ναὸς, ἅγιον δὲ τὸ θυσιαστήριον, καὶ χάριν ἔχον θείαν ἁγιοποιεῖν, καὶ θρόνος ἐστὶν ὁ οὐρανὸς τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὐ καὶ ἡ κτίσις σύμ-

Stulti enim, ait *& coeci, quis major est? aurumne, an templum, quod sanctificat aurum.* (*Matth. XXIII.* 27.) Itaque templum Veteris Instrumenti non solum sanctum erat, sed & sanctificandi vi pollebat. Iterum: *utrum majus est? donumne, an altare, sanctificans donum?* Ubi diserte ostendit, & altare sanctum fuisse, & quæ in eo offerebantur, sancta effecisse. Et post pauca: *Et qui jurat*, inquit, *per cælum:* (aperi, homo, aurem quam ad audiendum formavit Deus transformavit autem is qui vere malus est, ut surdus esses; audi inquam) *Qui jurat*, inquit, *per cælum, jurat per thronum Dei & per eum, qui sedet super ipsum.* (*Matth. XXXII.* 21.) Itaque sanctum quidem est templum, sanctum

πα-

πᾶσα ποίημα καὶ ἔργον· Εἰ δὲ τῷ θεῷ καὶ Πατρὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ διακεκραγότι ταῦτα ἀντιφθέγγονται, Χριστῷ δὲ τῷ ἀληθινῷ θεῷ ἡμῶν συνφθεγγομένῳ τῷ γεγεννηκότι οὐ πείθονται· Παῦλον δὲ μαρτυροῦντα, οὗ ψευδεπώνυμοι παραγράφονται, καὶ τὸν Δαβὶδ μὲν ὑπερορῶσι προφητεύοντα· Λουκᾶ δὲ τῷ μαθητῇ καὶ Εὐαγγελιστῇ τοῦ σωτηρίου λόγου οὐ προσέχουσι· Στέφανον δὲ τὸν ἐν μάρτυσι πρῶτον καὶ τὸν Προφήτην συνεπαγόμενον μυκτηρίζουσιν, ἀκόλουθόν ἐστιν αὐτοῖς, ὃ καὶ πράττουσι, τῷ πονηρῷ μόνῳ πειθαρχεῖν, ᾧ καὶ τὰς ψυχὰς ἐνεχείρισαν, καὶ τὰ σώματα, τὰς μὲν τῇ ἀσεβείᾳ τοῦ φρονήματος, τὰ δὲ διὰ τοῦ βορβόρου τῶν πράξεων· ἁρμόσειε δ' ἂν αὐτοῖς εὖ μάλα καὶ ὁ κατὰ τῶν ἀχαρίστων Ιουδαίων δεσποτικὸς ὀνειδισμὸς, ὅτι τὸν

vero & altare, idemque divino beneficio sanctificans: cœlum vero est thronus veri Dei & Patris Domini nostri Jesu Christi. Cujus & creatura universa opus & effectus est. Quod si vero Deo & Patri Domini nostri Jesu Christi, ista quidem proclamanti, obloqvuntur, si Christo, Deo nostro vero, eadem cum Patre dicenti, non credunt; si Paulum, a quo falso cognominantur, eadem testantem, & Davidem prophetantem supine negligunt; si ad Lucam, discipulum & præconem salutaris doctrinæ, non attendunt; si Stephanum denique, Martyrum primum & Prophetam, adductum adunco naso suspendunt; consequitur, eos, quod & faciunt, Malo solum Principio

τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἀπεκάλεσαν· ὄντως γὰρ ἡ ἀποστασία τὸν τοῦ παντὸς οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ὀνομάζουσι· μᾶλλον δὲ ἑκατέραν ὕβριν δι' ἑκατέρας εἰσάγουσιν· οὕτω πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ πᾶσαν τόλμαν ἡ προκειμένη θεομαχία κουφοτέραν ἀπεργάζεται.

obedire, cui & animas ſuas & corpora tradiderunt, illas quidem impiis cogitationibus, hæc vero ſordidis actionibus indulgentes. Egregie vero in illos quadrat reprehenſio, a Domino in ingratas Judæos conjecta, eo quod Patrem familias, *Beelzebul* vocaverant. Apoſtatæ enim illi Patrem familias totius univerſi Beelzebul vocant, vel potius injuriam aliam ſuper aliam accumulant. Adeo omnem impietatem omnemque inſolentiam factio hæc Deum oppugnans leviorem ſua efficit.

XI. Ἐντολὰς δὲ πάλιν ὁ σωτὴρ τὰ Μωσαϊκὰ διατάγματα καλῶν καὶ πανταχοῦ τιμῶν τὴν νομοθεσίαν τὴν πατρικὴν, ὁ θεός, φησίν, ἐνετείλατο, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· Καὶ ὁ κακολογῶν πατέρα ἢ μητέρα θανάτῳ τελευτάτω· ὑμεῖς ἠκυρώσατε τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν· Καὶ ταῦτα εἰπὼν

XI. Alibi Servator Moſaica inſtituta præcepta appellans, & Legem a Patre latam undique in pretio habens, *Deus*, inquit, *præcipit: honora Patrem tuum, & matrem tuam. Et: maledicens Patri aut Matri, morte moriatur. Vos mandatum Dei abrogaſtis per traditionem veſtram.* (*Matth.* XV. 46.) Atque hæc dicens Jeſaiam te-

μαρ-

μάρτυρα τὸν Ησαΐαν ἐπάγεται, καλῶς, λέγων, προεφήτευσε περὶ ὑμῶν Ησαΐας, Εγγίζει μοὶ ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· Καὶ πρόσεχε λοιπόν· μάτην δὲ σέβονταί με· διατί; διότι διδάσκουσι διδασκαλίας, ἐντάλματα ἀνθρώπων· ὥστε ἅπερ μὲν ἦν ἐντάλματα ἀνθρώπων, οὐκ ἤρεσκε ταῦτα τῷ νομοθέτῃ θεῷ· ἀλλὰ καὶ δίκης ἐνόχους τοὺς εἰσηγητὰς αὐτῶν ἐποίει· Εἰσῆγον δὲ ταῦτα οἱ πρεσβύτεροι τῶν γραμμάτων καὶ Φαρισαίων, σέβειν μὲν τοῖς χείλεσι λέγοντες τὸν ἀληθινὸν θεὸν, τῇ δὲ καρδίᾳ πόῤῥω διεστηκότες αὐτοῦ· Ο οὖν ἀληθινὸς παῖς καὶ υἱὸς ἀληθινοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, οὗ τῆς νομοθεσίας τὰς οἰκείας t) προέκρινον διδασκαλίας οἱ ἀγνώμονες ἐν Ισραὴλ·

ſtem adfert, *Bene*, inquiens, *prædixit de vobis Jeſaias: Appropinquat ad me populus hic ore ſuo, & labiis ſuis honorat me: cor vero eorum longe a me remotum eſt.* (*Matth. XXII.* 7.) Attende quoque adſequentia: *fruſtra vero colunt me.* Cur? *quia docent doctrinas, præcepta hominum*, adeo, quæ erant hominum præcepta, ea Legislatori Deo non placebant. Imo & doctores eorum pœnæ obnoxios faciebat. Tradebant vero hæc Seniores Scribarum & Phariſæorum, labiis quidem ſe Deum colere verum dicentes, corde vero ab eo procul remoti. Verus igitur filius & natus Dei ac Patris, cujus Legi ſuas præceptiones imperiti Iſraelitæ præferebant, ille, inquam,

t) οἰκείας] ita lego pro οἰκίας, quod in MS, exſtat.

Ἰσραήλ. οὗτος ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τήν τε ματαίαν κατὰ τῶν μαθητῶν μέμψιν τῶν ἀχαρίστων Ἰουδαίων ἐπιστομίζων, καὶ τὰ βρώματα, ὡς τοῦ πατρὸς ποιήματα, πάσης πονηρᾶς ὑπολήψεως καθαρίζων, καθὰ δὴ συνεπιμαρτύρεται καὶ ὁ εὐαγγελιστής· οὐ τὸ εἰσερχόμενόν, φησιν, εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ στόματος, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπων. Ἐν ἄλλοις δὲ πάλιν βραχέσι ῥήμασι τὴν ἐν ἀνθρώποις εἰρήνην καὶ δικαιοσύνην κρατύνων καὶ νομοθετῶν δι' ὧν ἔλεγε· πάντα ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς· Ταύτης αὐτοῦ τῆς παραινέσεως καὶ νομοθεσίας τὸ ἀνεπίληπτον καὶ λυσιτελοῦν παριστῶν, τῷ ἀξιώματι τοῦ νόμου καὶ τῶν Προφητῶν ἐπισφραγίζει· οὕτω γάρ ἐστι φη-

Servator noster & vanam ingratissimorum Judæorum in discipulos suos animadversionem obtundit, & cibos, tanquam Patris creaturam, ab omni prava suspicione liberat, sicut & testatur Evangelista: *non, quod ingreditur*, inquiens, *in os, inquinat hominem, sed quod egreditur ex ore, illud inquinat hominem.* (*Matth. XV.* 11.) Alibi vero iterum paucis verbis concordiā & justitiā inter homines stabiliturus, ista præcipit: *Quæcunque volueritis, ut faciant vobis homines, eadem & vos facite illis.* Hanc suam admonitionem & Legem ut inculpatam & utilem commendaturus, addito elogio Legis & Prophetarum, obsignat; *ita enim*, inquiens, *habet Lex & Prophetæ.* Sic & parabola illa, in qua regnum

σιν ὁ νόμος καὶ οἱ Προφῆται. Ναὶ δὴ καὶ ἡ παραβολὴ, καθ' ἣν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἀπεικάζει ὁ σωτὴρ ἀνθρώπῳ σπείροντι καλὸν σπέρμα ἐν τῷ ἀγρῷ αὐτοῦ, οὐκ ἔλαττον καταισχύνει τὴν ἀσέβειαν· Πῶς γὰρ οὐκ ἔστιν ὁ παρὼν κόσμος τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἐν αὐτῷ, ὁπότε αὐτοῦ μὲν τὸν ἀγρὸν αὐταῖς λέγει φωναῖς, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς, εἶναι δὲ τὸν ἀγρὸν τὸν κόσμον, τὸν δὲ κόσμον ὥσπερ ἀγρὸν αὐτοῦ, οὕτω καὶ βασιλείαν αὐτοῦ· Αναπτύσσων γὰρ τὴν παραβολὴν ὁ σπείρων τὸ καλὸν σπέρμα, φησὶν, ἔστιν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ δὲ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος· τὸ δὲ καλὸν σπέρμα οὗτοί εἰσιν οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας· Τὰ δὲ ζιζάνιά εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ· ὁ δὲ ἐχθρὸς, ὁ σπείρων αὐτὰ, ἔστιν ὁ διάβολος· Ακούεις, πῶς

cœlorum Servator noſter cum homine bonum in agrum ſemen ſpargente comparat, non minus impios homines pudore ſuffundit. Nonne enim præſens mundus, & qui in ipſo ſunt, ad regnum Dei referri debent, quando agrum ſuum iisdem verbis vocat non ſemel, ſed bis: agrum vero ait eſſe mundum, mundum autem ut agrum ita & regnum ſuum. Parabolam enim explicans *ſerens bonum ſemen*, inquit, *eſt filius hominis, ager vero eſt mundus. Bonum vero ſemen ſunt filii regni: Zizania autem filii Mali, hoſtis denique, illa ſerens, Diabolus eſt.* (*Matth.* XIII. 38.) Audisne, quomodo mundum quidem ſuum, & eos, qui in eo ſunt, ſemen ſuum appellet, quos & filios regni vocat, ſolam

τὸν

τὸν κόσμον μὲν αὐτοῦ λέγει, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ τοὺς ἐν αὐτῷ οὓς καὶ υἱοὺς τῆς βασιλείας λέγει, μόνην δὲ τὴν τῶν ζιζανίων ἐπισπορὰν εἰς τὸν ἐχθρὸν ἀποπέμπει· ἀλλ' ἐπίστησον τοῖς λογισμοῖς εἴτι λείψανον τῆς τοῦ πλάστου χειρὸς ἐν ἑαυτῷ περιφέρεις. Ἐν γὰρ τοῖς ἑπομένοις περιφανῶς αὐτοῦ βασιλείαν ἀνακηρύττει τὸν κόσμον· Πῶς; ἐν τῇ συντελείᾳ φησὶ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ μέλλοντος, ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ συλλέξουσιν ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ παρόντος κόσμου τὰ σκάνδαλα· οὐ γὰρ ἐν τῇ μελλούσῃ καὶ ἀπελευτήτῳ, οὐ μὲν οὖν οὔτε ζιζάνια φύεται, οὔτε ταῦτα σπείρει ὁ πονηρὸς, οὔτε συνίσταται σκάνδαλα, ἵνα ἐκ ταύτης οἱ ἄγγελοι τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου συλλέξωσιν αὐτά· Ἐπεὶ καὶ μετὰ τὴν ἐκ τῶν ἀν-

Zizaniorum projectionem in hostem referens. Sed inquire argumentando, numquod manuum conditoris vestigium tecum circumferas? In sequentibus enim clarissime mundum regnum suum pronunciat. Quomodo? *in consummatione*, inquiens, *mundi hujus*, non autem futuri, mittet filius hominis angelos suos, & colligent ex regno ejus, puta præsenti mundo, offendicula. Neque enim in futuro & æterno regno vel Zizania crescunt, vel sciet ea Malus, vel offendicula locum habent, ut ex eo angeli filii hominis ista colligere valeant: sicut & post factam istam collectionem Zizania in fornacem ignis conjicientur. Tunc vero & justi in regno Patris sui lucebunt

ταῦτα συλλογὴν ταῦτα μὲν εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς βάλλονται· τότε δὲ καὶ οἱ δίκαιοι ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος. Τί τούτων τῶν κυριακῶν φωνῶν λαμπρότερον ἢ δυνατώτερον; καθελεῖν μὲν τὴν ἀποστασίαν, ὑψῶσαι δὲ καὶ κρατῦναι τὴν εὐσέβειαν; δι' ὧν τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀνακηρύττουσι· δεσπότην δὲ καὶ βασιλέα τοῦ παντὸς ὥσπερ τῆς μελλούσης οὕτω καὶ τῆς παρούσης ἀναγορεύουσι βασιλείας· τί δὲ φιλονεικοῦσι τῶν ἀψύχων γενέσθαι ἀναισθητότεροι; ὁπόταν ἥλιος μὲν καὶ γῆ καὶ πέτραι, δι' ὧν τῷ δεσποτικῷ συνέπασχον πάθει, τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν κηρύττουσι, οὗτοι δὲ κἀκείνων τὴν ἄνοιαν αὐτῶν ἐλεγχόντων οὐκ αἰσχύνονται· ἀπὸ γὰρ τῆς ἕκτης φησὶν ὥρας ἕως

instar Solis. Quid his Domini vocibus hinc ad deprimendam defectorum impietatem, hinc ad provehendam & amplificandam pietatem illustrius aut efficacius esse potest? Eae enim mundum, & quæ in eo sunt, Christi & Servatoris; ipsum autem Dominum & Regem universi, ut in futuro ita in præsenti regno esse prædicant. Quid vero homines magis sensu, quam ipsa inanimata, destituti esse cupiunt? quandoquidem Sol & terra & petræ, in quantum cum Domino patiuntur, principatum ejus publice edicunt. At illos ne tum quidem pudet, cum imprudendentiam suam ab iis vident castigatam. *A sexta enim*, inquit, *hora usque ad nonam tenebræ factæ sunt, & terra com-*

ἐν-

ἐννάτης σκότος ἐγένετο, καὶ ἡ γῆ ἐσείσθη, καὶ αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν· τίς γὰρ κοινωνία ἢ συμπάθεια πονηροῦ πλάσματος καὶ δεσποτικοῦ πάθους; Ἐχρῆν γὰρ μᾶλλον ὅσον, ἐπὶ τῷ τῶν ἀσεβῶν δόγματι, λαμπρύνεσθαί τε καὶ κόσμον περιβάλλεσθαι μείζονά τε καὶ περιφανέστερον, ἐφ᾽ ᾧ τὸν καθελεῖν παραγεγονότα τὸν πλάστην αὐτῶν τηλικοῦτον πάθος ἔβλεπον ὑφιστάμενον· Πῶς δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν μὲν, οὔπω δὲ πρὸς τοὺς πατρικοὺς ὁ μηδέποτε τούτους λιπὼν ἀνελθὼν κόλπους, παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἐξουσίαν λαμβάνει τοῦτε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὧν οὐκ ἦν κύριος ὁ διδοὺς; οὕτω γὰρ ἡ θεομάχος γλῶσσα δυσφημεῖ. Ἐπὶ τούτοις δὲ εἰ ἀγροὶ καὶ οἰκίαι τῆς χειρός εἰσι τοῦ πονηροῦ, πῶς ὁ ἀγαθὸς θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν τοῖς προθύμως ἠκολουθηκόσιν αὐ-

mota est, & petræ scissæ sunt. (*Matth.* XXVII. 45.) Quæ enim inter creaturam malam & Dominicam perpessionem communio aut commiseratio intercedit? Nā secundum impiorum illorum placita terram superbire decebat & splendido habitu indui, quandoquidem videbat eum, qui conditori suo perniciem allaturus erat, tantis cruciatibus exponi. Quomodo vero post resurrectionem, cum nondum in Patris sinum, quem nunquam deseruerat, rediisset, a Patre accepit potestatem in cœlum & terram, quorum, qui dederat, non existebat Dominus? Ita enim lingua Deo adversa maledicit. Insuper vero si agri & domus a manu Mali proficiscuntur, quomodo Bonus Deus, Ser-

τῷ μετὰ τῶν αἰωνίων ἀγροὺς καὶ οἰκίας ἐπαγγέλλεται παρέχειν, ἃ φαῦλά τέ ἐστι καὶ φαύλου ποιητοῦ, καὶ ὧν οὔτε κύριος αὐτὸς ἔχειν, οὔτε ἄλλοις παρασχεῖν. Τί δὲ καὶ εἰς μισθὸν ἔδει φέρειν τὰ τοῦ ἐχθροῦ τοῖς πάντα λιποῦσιν καὶ ἀκολουθήσασιν αὐτῷ, καὶ συμπεριλαμβάνειν αὐτοῖς ἐν τῷ δώρῳ, καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀγαθοῖς συνάπτειν φαῦλα· καὶ διὰ τῆς προσθήκης τοῦ χείρονος ἐνυβρίζειν καὶ ὃ ἂν ἦν χωρὶς τῆς προσθήκης κάλλιστον τῶν δώρων. Πῶς δὲ πάλιν ἐρωτησάμενος ὁ σωτὴρ περὶ τῶν νομικῶν ἐντολῶν πρώτην μὲν εἶναί φησιν, ἄκουε Ισραήλ· κύριος ὁ θεός σου κύριος εἷς ἐστι· Καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν θεόν σου, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου·

vator noster, asseclis suis præter æterna bona & agros & domos exhibiturum se pollicetur, quippe quæ & mala sunt, & mali conditoris, & in quæ ipse potestatem non habet vel possidendi ea, vel aliis exhibendi. Quomodo vero fas erat, ea, quæ hostis sunt, præmii loco dare iis, qui omnia reliquerant, & ipsum secuti erant, & inter præmia illa æternam quoque vitam reponere, atque adeo mala cum bonis conjungere, & accessione mali diminuere id, quod sine illa accessione donorum omnium erat præstantissimum? Quomodo verus etiam Servator noster de præceptis Legalibus interrogans primum dixit esse: *Audi Israel: Dominus Deus tuus Dominus unus est.*

Δευ-

Δευτέραν δὲ, ἣν οὐδὲ ἡ ἐρώτησις ἀπῄτει, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν· Καὶ οὐ μέχρι τούτου ἔστη, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπερωτῶντα σύμψηφον εὑρὼν οὐ μακρὰν ἀνεῖπεν εἶναι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ· Πῶς γὰρ αἱ Μωσαϊκαὶ νομοθεσίαι, εἴπερ ἦσαν τοῦ ἐχθροῦ, πρῶτον μὲν ἕνα Θεὸν καὶ κύριον νομοθετοῦσιν εἰδέναι καὶ νοεῖν· Εἶτα τοῦτον μόνον ἀγαπᾷν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. Εἰ οὖν ἕνα Θεὸν καὶ Κύριον ἀνακηρύττει Μωσῆς, καὶ παρὰ τοῦτον ἄλλον μήτε λατρεύειν, μήτε προσκυνεῖν, μετὰ δὲ ταύτην τὴν πρώτην ὡς ἀληθῶς ἐντολὴν, καὶ τὸ φιλάλληλον καὶ φιλάνθρωπον κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τοῦ σωτηρίου προσάγματος νομοθετεῖ, ποῦ ἡ πονηρὰ τῆς ἀποστασίας ἀρχή; ἀλλ' ὁ μὲν Γραμματεὺς συνῆκε τοῦ δεσπότου, τὴν Μω-

Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. (*Matth.* XII. 29.) Alterum vero, quod quæstio ne requirebat quidem; *Diliges proximum tuum ut te ipsum.* Neque in eo acquievit, sed cum interrogantem sibi consentientem nactus esset, non procul ab eo esse dixit Dei regnum. Quomodo autem Leges Mosaicæ, si quidem fuissent hostis, primum quidem unum Deum & Dominum scire se & agnoscere, atque eundem solum ex toto corde, & proximum ut hominem ipsum amandum esse profiterentur? Si igitur unum Deum & Dominum prædicat Moses, nec præter eum alium coli vel adorari vult, post illud vero

σαϊκὴν κυροῦντος φωνὴν, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ. Οἱ δὲ τῶν Γραμματέων καὶ Φαρισαίων πλέον ἔχειν προσαχθέντες, οὐδὲ τὴν ἐσχάτην μοῖραν τῆς εὐσεβείας σώζουσιν ἐν ἑαυτοῖς· Λουκᾶς δὲ ὁ τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων συγγραφεὺς πῶς τὸν Ζαχαρίαν καὶ τὴν Ελισάβετ ἐν τῇ παλαιᾷ νομοθεσίᾳ βιοῦντας, δικαίους, καὶ τότε ἐνώπιον μαρτυρεῖ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐνώπιον ἀνθρώπων, καὶ πορευομένους ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Θεοῦ καὶ δικαιώμασιν ἀμέμπτως, εἶτα καὶ τὴν ἱερατείαν τὸν Ζαχαρίαν τελεῖν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸν νομικὸν ναὸν, ἐν ᾧ εἰσήει, ναὸν προσαγορεύει τοῦ Θεοῦ. ἐν αὐτῷ τε τὸν ἄγγελον ὀφθῆναι κυρίου, καὶ τότε τίνα; τὸν ἀρχιστράτηγον Γαβριὴλ, ὃς καὶ τὴν ἐκ παρθένου τοῦ δεσπότου γέννησιν, αὐτῇ τε τῇ

primum præceptum mutuum in homines amorem præcepto Servatoris nostri convenienter urget, ubi, quæso te, Malum Apostatarum Principium locum habet? At Scriba quidẽ ille intelligebat Dominum, Mosaicam Legem approbantem, quod scilicet unus sit Deus, nec ullus præter eum. Qui vero Scribis & Pharisæis meliores esse jussi sunt, ne minimam quidem pietatis partem sibi servant. Lucas vero, verborum Domini Scriptor, quomodo Zachariam & Elisabetham, in Veteri Testamento viventes, justos, eosque coram Deo, non tantum coram hominibus fuisse, & in omnibus Dei præceptis & statutis inculpate versatos testatur? Quomodo ait Zachariam Sacerdo-

ἀκη-

ἀκηράτῳ κόρῃ, καὶ δι' αὐτῆς τῷ κόσμῳ εὐηγγελίσατο· καὶ τήν τε προσευχὴν τοῦ ἱερέως εἰσηκοῦσθαι διὰ τῶν εὐαγγελίων ἐβεβαίωσε, καὶ τὸν ἐκ τῶν Εὐαγγελίων παῖδα μέγαν ἐνώπιον ἔσεσθαι κυρίου, καὶ πεπληρωμένον πνεύματος ἁγίου, καὶ πολλῆς πολλοῖς ἀγαλλιάσεως πρόξενον, καὶ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐκ ὀλίγοις ἐπιστροφῆς αἴτιον γενέσθαι τῆς ἐπὶ τὸν θεὸν, τῷ πνεύματι καὶ τῇ δυνάμει κεχρημένον τοῦ Ἠλίου· ὥστε ὁ Εὐαγγελιστὴς, μᾶλλον δὲ ὁ ταῦτα διὰ τοῦ Ἀρχαγγέλου λέγων θεὸς, οὗτος οὐχὶ τὸν Ἰωάννην μόνον, ὃς τὴν χάριν εἶδε βλαστάνουσαν, ἀλλὰ καὶ τὸν Ἠλίαν, ὃς πολλῷ προϋπῆρχε τῆς χάριτος, τὰς πλανωμένας ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ, καὶ ὀπίσω τῶν δαιμονίων ἐκπορευούσας ἐπὶ τὸν ἀληθι-

tio coram Deo perfunctum? quomodo templum legale, in quod introibat, templum Dei appellat? & in ipſo Angelum Dei, eumque Gabrielem copiarum Ducem, qui & nativitatem Domini ex Virgine, & ipſi illi intemeratæ Virgini & cum ea mundo nunciavit, viſum, precesque Sacerdotis exauditas eſſe in Evangeliis affirmat, puerumque ibidem memoratum magnum coram Domino futurum, Spiritu item Sancto plenum, multisque magni gaudii interpretem, nec paucis Iſraelitarum converſionis ad Deum auctorem, Spirituque ac virtute Eliæ uſurum pronunciat? Itaque Evangeliſta, vel potius Deus, qui hæc per Archangelum loquitur, non Johan-

νὸν ἐπιστρέψαι θεὸν, ἀπαράγραπτον τὴν μαρτυρίαν παρέχεται. Πάλιν δὲ ὁ Ζαχαρίας πνεύματος ἁγίου γίνεται πλήρης, καὶ τοὺς ἀπ' αἰώνων προφήτας χορὸν ἁγίων κηρύσσει· Ἤγειρε γάρ, φησι, προφητεύων, καὶ διὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου φθεγγόμενος, κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ. Καὶ πόθεν ἡ ἀπόδειξις; καθὼς ἐλάλησέ, φησι, διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἐχθροῦ· Καὶ τί προεφήτευσαν; μνησθῆναι τὸν θεὸν διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ, ἀλλ' οὐχὶ, τρισάθλιε, τοῦ ἐχθροῦ· Ἔτι δὲ μᾶλλον τῶν ἀσεβῶν χαλινῶν τὰ στόματα ὅρκον, ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, ἐπάγει, τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυ-

nem ſolum, qui gratiam propullulantem videbat, ſed & Eliam, qui diu ante gratiam exſtitit, animas a vero Deo averſas, & poſt Satanam ſcortantes, ad verum Deum convertiſſe teſtimonio, omni exceptione majori, confirmat. Iterum vero Zacharias Spiritu Dei repletur, & Prophetas antiquos Sanctorum appellat chorum. *Erexit enim*; inquit prophetans, & per Spiritum Sanctum loquens, *cornu ſalutis in domo Davidis, filii ſui.* Et unde hoc demonſtratur? *ſicut locutus eſt*, inquit, *per os Sanctorum a ſæculo Prophetarum ſuorum.* (*Luc. I. 69.*) Prophetarum, inquit, *ſuorum*, non autem hoſtis. Quid autem vaticinati ſunt illi? *Deum recordaturum teſtamenti ſui ſancti*, non ſane,

σθέν-

θέντας λατρεύειν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ. Συλλογίζου τὰ εἰρημένα· Πνεῦμα ἅγιον πληροῖ τὸν Ζαχαρίαν, καὶ πληρωθεὶς ἐκεῖθεν ἁγίους τοὺς ἀπ' αἰῶνος Προφήτας καὶ Θεοῦ θυηπόλους ἀναγορεύει, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν προφητεύει, καὶ τὸν ὀμόσαντα πρὸς τὸν Ἀβραάμ, ἐκεῖνον τῆς ἐλευθερίας εἶναι δοτῆρα κηρύσσει· Καὶ τοὺς προσάγοντας αὐτῷ τὴν λατρείαν ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ λατρεύειν. Εἰ ταῦτα πλησθεὶς ὁ Ζαχαρίας πνεύματος ἁγίου διῆλθε, πῶς οὐχὶ τοῦ πονηροῦ πλησθέντες πνεύματος οἱ τἀναντία τούτοις ἀπελέγχονται φωνοῦντες· Τί δ' ἂν φαῖεν οἱ πικροὶ τῆς Μωσαϊκῆς κατήγοροι διαθήκης, μᾶλλον δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας μερισταί, ὅταν ἐρῶσι διὰ τοῦ Εὐαγγελίου ἀναγόμενον μετὰ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τὸν Ἰησοῦν, πλοῦντα δὲ

homo perditissime, hostis. Adhuc vero magis impiorum ora refrenaturus juramentum, quod Abrahamo Patri nostro juravit, adducit, *ut daret nobis potestatem, ex manu inimicorum nostrorum liberatis sine timore in sanctitate & justitia ipsi serviendi.* (*Luc. I.* 74.) Perpende, quæ dicta sunt. Spiritus Sanctus implet Zachariam, plenus eo Prophetas antiquos Sanctos Deique Sacerdotes appellat, Mosis item testamentum prædicat sanctum, nobisque libertatem prænunciat, & eum, qui Abrahamo juraverit, hujus libertatis datorem fore, eosque, qui cultum ipsi præstent, in sanctitate & justitia ei servire asseverat. Si hæc omnia Zacharias, Spiritu Sancto repletus, edisserit, nonne

τὰ

τὰ Μωσαϊκά, καὶ φέροντα θυσίαν κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν νόμῳ κυρίου, ἀγκάλαις δὲ δωροφορούμενον τοῦ δικαίου Συμεὼν, ὃς μετὰ τῆς ἄλλης εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος χρηματισμὸν λαβὼν ἅμα τε ἐνηγκαλίζετο τὸν κοινὸν λυτρωτὴν, ηὐλόγει τε αὐτὸν καὶ θεολογῶν προεφήτευε σωτηρίαν παραγενέσθαι κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν, καὶ φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν τῶν μετὰ ταῦτα πεπιστευκότων εἰς αὐτόν; ὁ δὲ θεῖος Εὐαγγελιστὴς οὐκ ἠρκέσθη τὸ τότε μόνον γεγενημένον κατὰ τῶν ἀσεβῶν εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ὡς ἔοικε τὸ ἀναίσχυντον αὐτῶν προειδὼς, καὶ τὴν Ἄνναν, ἧς ἡ φυλὴ τὸν Ἀσὴρ ἀρχηγὸν εἶχε, συμπαρουσάντα τῷ πρεσβύτῃ, καὶ ἀνθομολογοῦσαν τῷ Κυρίῳ, καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ δεσπότου τὰ ἴσα καὶ ὅμοια προφητεύ-

Spiritu malo pleni judicandi ſunt, qui contraria his omnia contendant. Quid vero dicent amarulenti Legis Moſaicæ accuſatores, vel potius principatus Dei partitores, quando vident Jeſum in Evangeliis Hieroſolyma perductum, ibique Moſaica inſtituta obſervantem, ſacrificia ſecundum præceptum Legis Domini offerentem, brachiisque juſti Simeonis inſtar doni ſuſceptum, qui inter cetera pietatis & juſtitiæ argumenta per Spiritum Sanctum oraculum nactus, & communem Servatorem brachiis complexus eſt, & benedixit ei, & prænunciavit, eum in ſalutem adveniſſe coram facie omnium populorum, & inſtar lucis ad illuminationem gentium,

νουσαν

ουσαν παραδίδωσι διὰ τῆς ἱερᾶς ἱστορίας. Καὶ τὸ μετὰ ταῦτα δὲ γεγονὸς ὕστερον πολλὴν ἔχει τὴν ῥώμην ἐκκόψαι καὶ ταπεινῶσαι τῶν τὴν ὀφρὺν κατὰ τῆς θείας δόξης ἐπαιρόντων. Συνανιόντος γὰρ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα τῇ κατὰ σάρκα παρθένῳ μητρὶ, καὶ τῷ νομιζομένῳ Πατρὶ τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τελεσθέντων, ὅσα τὰ ἱερὰ λόγια λέγει· Εἶτα καὶ ἐν τῷ ἀνακομίζεσθαι οἴκαδε τοῦ παιδὸς τοῦ παρόντος, καὶ διὰ τοῦτο τῆς κατὰ σάρκα μητρὸς καὶ τοῦ νομιζομένου πατρὸς ἀπορουμένων τε καὶ τὸν ποθούμενον ζητούντων, ὁ πάντων μὲν ποιητὴς, διὰ δὲ φιλανθρωπίαν παρθένου παῖς, Τί ὅτι φησὶν ἐζητεῖτέ με; οὐκ ᾔδειτε, ὅτι ἐν τοῖς τοῦ Πατρός μου δεῖ εἶναί με; ἐκεῖνο τὸ ἱερὸν u) τοῦ Πατρὸς εἶναι κα-

λῶν,

quæ posthæc in eum sint credituræ, Divinus vero Evangelista non satis habuit id, quod tunc gestum erat, contra impios hos homines commemorare, sed impudentiam eorum, ut videtur, prævidens etiam Annam, cujus tribus Aserem habebat auctorem, cum Sene illo præsentem, Dominumque celebrantem, & de communi Domino eadem ac similia proferentem in Sacra historia sistit. Quod vero postea contigit, multum omnino valet ad reprimendos & dejiciendos eos, qui supercilium adversus divinam gloriam efferunt. Cum enim Jesus una cum Virgine Matre sua, quod ad

u) τὸ ἱερὸν] Hinc patet, τὰ τοῦ Πατρὸς a nostro de templo accipienda visa esse, quam sententiam plerique omnes ex veteribus & recentioribus adoptant, atque ex his nominatim *Io. Vorstius* in Dissert. Sacr. lib. III. c. 12.

λῶν, ὁ τὸ τῆς ἀπωλείας στόμα τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς θυσιαστήριον δυσφημεῖ· ἀλλὰ πῶς ἡ αἱρετικὴ μέθη οὐρανοῦ καὶ γῆς ἄλλον παροινοῦσα λέγει δημιουργὸν, αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν ἀγαλλιάσει τε πνεύματος καὶ τῷ ἀρρήτῳ καὶ ἀνεπινοήτῳ τῆς ἐξομολογήσεως ἀνακράζοντος· ἐξομολογοῦμαί σε, πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις· πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὁ γνήσιος υἱὸς βοᾷ, καὶ τὸ πᾶσαν ἀσέβειαν ἀπο-

carnem, & Patre suo putatitio Hierosolyma profectus esset, peractis ibi, quæ Sacer Codex præscribit, sacris, ipsisque postea domum revertentibus, & ob absentem puerum tum Matre secundum carnẽ, tum Patre putatitio solicitis, &, quem desiderabant, quærentibus, is, qui omnium quidem conditor, sed ob amorem in homines Virginis erat filius, *quid me*, inquit, *quærebatis? nonne sciebatis, me in iis, quæ Patris mei sunt, esse debere.* (*Luc. II.* 49.) idem illud tem-

κρύπ-

Io. Kenchenius in notis ad h. l. *Ludov. Cappellus* item ad h. l. & *Lambertus Bos* de mysterio Ellipseos Græcæ L. Atque illi quidem in locutione hac elliptica vocem τόποις intelligi volunt. Ab his abeunt pauci, qui ellipsin per vocem πράγμασι supplentes non tam templum, quam *res* & *negotia* Patris hic innui existimant. Horum causam agit *Jo. Buxtorfius* in Catalectis Theologico-Philolog. p. 29. & post eum data opera M. *Io. Casp. Kregel* in Epistola propemptica ad Cl. Christianum Schoetgenium Lipsiæ 1716. in 4. edita.

κρύπτον μῦσος ἀντιφθέγγεται τῷ σωτῆρι, καὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κύριον τὸν Βεελζεβοὺλ ὀνομάζει· Εἰ δὲ ὁ νόμος ἦν τοῦ πονηροῦ, πῶς πάλιν ὁ νομοθέτης τῆς χάριτος τὸν ἐκπειράζοντα νομικὸν, καὶ τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον ὑποκρινόμενον ζητεῖν, ὡς εἰς μέγα ἴαμα τὸν νόμον παραπέμπει, κἀκεῖθεν εὑρεῖν τὸ ζητούμενον ὑποβάλλει. Τοῦ νομικοῦ δὲ τὰς δύο πρώτας αὐτοῖς ῥήμασι διελθόντος ἐντολὰς, καλῶς τε αὐτὸν ἀποκριθῆναι ἀλήθεια ἔφη, καὶ, εἰ κατὰ ταύτας πολιτεύοιτο, τὴν αἰώνιον ζωὴν κληρονομεῖν·

plum Patris ſui vocans, quod perditorum ora Mali Principii altare injuſte nominant. Quomodo vero hæreticorum temulentia alium cœli & terræ conditorem petulanter fingit, cum Servator noſter ipſe, Spiritu exſultans, ineffabili & incomprehenſibili quadam confeſſione clamat: *Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quod abſcondiſti hæc ſapientibus & intelligentibus, & infantibus iſta revelaſti. (Matth. XI. 25.) Pater, Domine cœli & terræ*, genuinus filius clamat, ſcelerata vero hæc hominum, impietatem omnem recondentium, turba Servatori obloquitur, & cœli terræque Dominum Beelzebul vocat. Si vero erat a Malo, quomodo Legis gratioſæ auctor Legis peritum tentantem ipſum, & vitam æternam quærere ſimulantem, ad Legem tanquam ad eximiam medicinam amandat, & ibi ut quæſitum inveniret, adhortatur. Cumque Legis peritus duo prima præcepta iisdem verbis repetiiſſet, eum

eum bene reſpondiſſe veritas ipſa ait, & de vita æterna, ſi ſecundum ea viveret, certum eſſe juſſit.

XII. Ὅρα δὲ καὶ ἐξ ἄλλων τὴν ἰσοτιμίαν τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος, x) ἵνα γνῷς ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας διαθήκης νομοθέτης· Ἀμὴν, ἀμὴν, λέγω ὑμῖν, ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. Τοῦτο τῆς χάριτος· Ὅρα δὲ καὶ τοῦ νόμου· Εὐκοπώτερόν ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ μίαν κεραίαν τοῦ νόμου διαπεσεῖν· Εἶδες πῶς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τῆς ἀποστασίας τὸ θράσος προειδὼς τὰ ἴσα νέμει γέρα καὶ τὸ κλέος τῇ τε παλαιᾷ καὶ τῇ νέᾳ διαθήκῃ;

XII. Tu vero ex aliis quoque æqualem legis & gratiæ ſeu Evangelii dignitatem æſtima, ut ſcias, eundem eſſe & veteris & novi Teſtamenti Legislatorem. *Amen, amen, dico vobis: cœlum & terra tranſibit, verba vero mea non tranſibunt.* Hoc ad doctrinam de gratia pertinet. Vide vero ſimile de Lege! *Facilius eſt, cœlum & terram tranſire, quam unum apicem legis in terram cadere* (*Luc. XVI.* 17.) Vides quomodo Servator noſter, defectorum inſolentiam prævidens,

x) χάριτος] Evangelium hic innui & ſcopus Photii, & oppoſita vox νόμος ſatis evincit. Eam notionem locum habere in Johan. I. 16. χάριν ἀντὶ χάριτος exiſtimarunt veterum Doctorum permulti, quos vide apud *Gatakerum* in Adverſar. Sacr. c. 27. & *Io. Caſp. Suicerum* in Theſauro Eccleſiaſt. p. 1498.

θήκῃ; καίτοι γε ἐν πολλοῖς πολλῷ προέχει τὰ τῆς χάριτος. Παιδαγωγὸς γὰρ ἦν ἐκεῖνος τῶν ἐν τῇ χάριτι· ἀλλ' ἵνα δείξῃ τὸν αὐτὸν ἐκεῖνά τε καὶ τὰ παρόντα κατὰ διάφορον καὶ ἀπόρρητον οἰκονομίας νομοθετῆσαι τρόπον, ταῖς αὐταῖς καὶ ἴσαις φωναῖς περὶ ἑκατέρας νομοθεσίας ἐχρήσατο. Ἀλλὰ γὰρ καὶ κατὰ τῶν ἀπειθούντων αὐτοῦ τοῖς σωτηρίοις διδάγμασιν οὐκ ἄλλον κατήγορον καὶ θρίαμβον, ἀλλὰ τὸν Μωσῆν εἰσάγει. Μὴ γὰρ δοκεῖτέ, φησιν, ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα· οὐχὶ, ἀλλά τίς ἐστιν ὁ κατηγορῶν ὑμῶν, Μωσῆς δηλονότι, πρὸς τὸν πατέρα· οὗ τοὺς νόμους αὐτὸς πιστευθεὶς, καὶ τὴν περὶ Χριστοῦ προφητείαν, ἀξιόπιστος ἂν κατήγορος εἴη, καὶ ἀπαράγραπτος μάρτυς τῶν μεγαλαυχούντων μετ' αὐτοῦ τοὺς νό-

æqualem dignitatem & gloriam Veteri & Novo Instrumento tribuat, quamvis in multis Gratia multum præstet. Lex enim pædagogus erat ad ea, quæ sunt gratiæ. Ut vero ostenderet, eundem & præterita & præsentia pro diverso & ineffabili dispensationis modo constituisse, iisdem & similibus phrasibus de utraque Legislatione usus est. Ita & contra eos, qui non credunt salutari doctrinæ, non alium vel accusatorem vel victorem, quam Mosen affert. *Ne existimetis enim*, inquit, *quod ego vos apud Patrem accusaturus sum* (*Joh. V.* 45.) non sane, sed est, qui vos accusat, Moses scilicet, *apud Patrem.* Hujus enim Leges ipse sibi creditas una cum prophetia de Christo na-

O μους

μους καὶ τιμᾶν καὶ στέργειν, μηδὲν δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τοῦ κοινοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν θεσπισθέντων προσιεμένων, ὃ κεφάλαιον ἦν καὶ κρηπὶς, καὶ προοίμιον τῆς ὅλης αὐτοῦ νομοθεσίας, ἀλλὰ μηδὲ συναίσθησιν ἀναστολῆς λαβόντων τῆς εἰς τὸν προφητευθέντα παροινίας τε καὶ θεομαχίας. Διὰ πολλῶν τοίνυν δεσποτικῶν φωνῶν, καὶ οὐ φωνῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πράξεων, ναὶ δὴ καὶ διὰ τῶν Αποστολικῶν ἔργων τε καὶ ῥημάτων τῆς πλάνης ἠλεγχμένης, ἣ τὸ κράτος τῆς τοῦ θεοῦ βασιλείας εἰς ἀρχὰς ἀντικειμένας σχίζει, τίνα λοιπὸν συγγνώμην ἔχουσιν οἱ μετὰ τοσούτους τῆς ἀσεβείας ἐλέγχους ἔτι τῷ τοῦ πονηροῦ, δι' ὧν τε φρονοῦσι καὶ δι' ὧν βιοῦσι, καθυπηρετοῦντες θελήματι· καὶ τὸν μὲν οἰκοδεσπότην τοῦ παντὸς Βεελζεβοὺλ καλοῦντες, τὸν δὲ

ctus, accusator omnino fide dignus & testis omni exceptione major erit contra eos, qui Leges ejus & colere & amare multum quidem glorientur, nihil vero eorum recipiant, quæ ab ipso de communi nostro Domino & Servatore prædicta sunt, quod tamen & caput, & apex & initium totius Legislationis ejus erat; imo nec correptione ob temeritatem eorum & pugnam adversus eum, qui prænunciatus ab eo est, factam afficiantur. Postquam igitur multis Domini verbis, imo non verbis solum, sed & factis Apostolorum, errorem illum confutatum dedimus, qui principatum regni Dei in duas contrarias partes scindit, quam tandem veniam sperare possunt illi, qui post tot

Βεελ-

βεελζεβὲλ θεὸν κρύφιον καὶ ἄῤῥητον, καὶ ἀγαθὸν, καὶ πατέρα, ἀλλ' ὲκ ἂν εἴποιμι τὸ ἀθεώτερον, ἀποφαίνοντες· Καὶ μηδὲ τὸν πρὸς τὲς δυσφημὲντας τῶν Ιεδαίων δεσποτικὸν ἐκτεθηπότες καὶ καταπλήσσοντες θρίαμβον, ὃν δὶ ἐκείνων ὲδὲν ἔλαττον εἰ καὶ μὴ μᾶλλον κατὰ τῆς νῦν ἀποστασίας. Κοινὸν γὰρ αὐτοῖς τὸ θεομαχεῖν, εἰ καὶ νεανικώτερον ὁ ἀποστάτης θρασύνεται προτείνων ἔλεγε· Πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν μεριζομένη ὲ συσταθήσεται. Επεὶ γὰρ οἱ τῶν Ιεδαίων ἀγνώμονες τὸν πλάστην ὁρῶντες ἀπελαύνοντα καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων τὰ πάθη, τὸν Βεελζεβὲλ ταῖς θεοσημείαις ἐπεφήμιζον, καὶ οἱ τῆς ἀποστασίας ὑπέρμαχοι τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτὲ εἰς τὸν αὐτὸν ἀναφέρεσι. Διὰ ὲτο δικαίως τῇ αὐτῇ δεσποτικῇ φωνῇ καὶ τὸ θεομά-

impietatis confutationes adhuc Mali Principii voluntati iis, quæ ſapiunt & vivunt, obſecundant, & Patremfamilias univerſi Beelzebul vocant, Beelzebul vero Deum occultum, & ineffabilem, & Bonum, & Patrem, ut fœdiora non dicam, renunciant, nec victoriam Domini a calumniantib9 Judæis relatam ſtupent ac reverentur, quam per illorum latus non minus, ſi non magis & illuſtrius, a præſenti defectione reportavit. Impietatem enim, quam utrique communem habent, etiamſi novus ille apoſtata audacius ſe hac in parte jactat, objectans dicebat: *omne regnum in partes ſciſſum, non conſiſtet.* (*Matth. XII.* 25.) Quoniam enim improbi & ſtupidi Judæi, videntes Creatorem &

χον ἀμφοῖν στηλιτεύοιτ' ἄν. Καὶ γὰρ εἴπερ ἡ μία τοῦ παντοκράτορος ἀρχὴ διατέτμηται, οὐκ ἂν συσταίη τμηθεῖσα· Ἀλλ' ἡ πρώτη τομὴ ὁδὸς καθέσταται τοῦ καὶ εἰς μυρία διαιρεθῆναι, καὶ μηδεμίαν ἕδραν καὶ στάσιν μηκέτι δύνασθαι λαβεῖν. Ὥσπερ οὖν ἑκάτερος ἁλίσκεται θεομαχῶν, καὶ ὁ Ἰουδαῖος καὶ ὁ ἀποστάτης, ὁ μὲν τὰς θεοσημείας, ὁ δὲ τὰ δημιουργήματα τοῦ θεοῦ διδοὺς τῷ ἐχθρῷ, οὕτω κατ' ἀμφοῖν κοινὴ καὶ ἄφυκτος ἡ ἀπόφασις ἡ δεσποτική.

animas & corpora morbis liberantem, Beelzebul miracula hæc tranſcripſerunt, ita & defectionis hujus propugnatores opera manuum ejus in eundem transferunt. Propterea ex merito eadem Domini voce utriusque partis pugnam Deo intentatam confuderis. Quod ſi enim indiviſum Omnipotentis imperium dividatur, diviſum nunquam conſiſtet. Sed prima illa diviſio viam ſternet, ut in mille diſtrahi queat, nec unquam certam ſedem locumque conſequi poſſit. Quemadmodum itaque uterque deprehenditur contra Deum pugnare, Judæus ſcilicet & Apoſtata, ille quidem miracula, hic vero creaturas Dei hoſti adſcribens, ita contra utrosque valet communis & invincibilis Domini rejectio.

XIII. Ἀλλ' ὦ ποῖ φέρεσθε ἄνθρωποι! τί τὸν δεσπότην ἀφέντες τὸν ὁμόδουλον, μᾶλλον δὲ δοῦλον καὶ ἀποστάτην, καὶ

XIII. Sed quo devenitis homines! cur Domino relicto, conſervum veſtrum, vel potius ſervum & apoſta-

τῆς

τῆς ὅλης ἡμῶν ἀπ' ἀρχῆς ἐπίβουλον φύσεως δημιουργὸν ἑαυτοῖς ἐπιγράφετε; τί τὸν πλάστην ἀθετοῦντες τῷ τὴν φθορὰν ἡμῶν ζητοῦντι καὶ σπουδάζοντι, οὐ τὴν τῆς ψυχῆς μονον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος ἑαυτοὺς ἐγχειρίζετε; τί πρὸς τὸ φῶς ἐτυφλώθητε; τί δὲ τὸ σκότος τοῦ φωτὸς ἠλλάξασθε; ἐκνήψατε τῆς μέθης· ἀνάστητε τοῦ ψυχοφθόρου κάρου· ἀναλάβετε τῆς ἀπωλείας ἑαυτούς· Καὶ πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο; εἰ τῶν πράξεων, ἐν αἷς ἔχει τὸ κράτος ὁ ἐχθρὸς, ἀποστροφὴν μελετήσοιτε, πρότερον πορνείαν, δι' ἧς φθείρεται μὲν τὸ σῶμα, φθείρεται δὲ τὴν χαλεπωτέραν φθορὰν ἡ ψυχὴ, τὸ αὐτοδέσποτον διδοῦσα δουλεύειν τοῖς πάθεσιν· ἀδικίαν, ἧς ἐπικρατούσης οὔτε οἰκία, οὔτε πόλις, οὔτε βίος ὅλος ἀνθρώπινος διασώζεται·

tum, & universæ nostræ naturæ inde ab initio insidiatorem conditorem vobis constituitis? cur creatori renunciantes ei vos traditis, qui interitum nostrum quærit, & non animæ solum sed & corpori perniciem afferre conatur? cur ad lucem cœcutitis? cur vero tenebras cum luce permutastis? evigilate ex crapula, surgite ex lethali sopore, eripite vos perditioni. Quomodo vero fieri hoc potest? si ab actionibus illis, in quibus hostis vis posita est, avertere vos laboretis: & primum quidem a scortatione, per quam perditur corpus, multoque magis anima, a qua libertatem habetis indulgendi affectibus: tum ab injustitia, qua dominante nec domus, nec civitas, nec vita

ἐπιορκίαν, τὴν βυθίζουσαν τὴν ψυχὴν εἰς καταφρόνησιν τοῦ θεοῦ· μισαδελφίαν, δι' ἧς ὁ κοινὸς ὑβρίζεται πλάστης· ὁ γὰρ τὸ πλάσμα μισῶν δωρεὰν, τὴν εἰς τὸν πλάστην διαβιβάζει παροινίαν· Μισήσατε ψευδολογίαν, συνιέντες, ὡς ὁ τοῦ ψεύδους πατὴρ ὁ διάβολος ἐστι. μυσάχθητε συκοφαντίαν, ἥτις τῶν ἀνελπίστων κακῶν πολλὰ καὶ ἐρᾶσθαι κατεπράξατο· φύγετε τὴν μιαιφονίαν· ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ὁ ἐχθρὸς ἀνθρωποκτόνος ἦν· τὴν φιλαργυρίαν, εἰ μή τι ἄλλο, τὸν Ἰούδαν ἐννοοῦντες· βδελύξασθε κλοπὴν καὶ δόλους κατὰ τοῦ πλησίον, καὶ γάμων ἀλλοτρίων διαφθορὰς, καὶ τρυφὴν, καὶ ἀκολασίαν, καὶ μέθην τῆς πολιτείας ὑμῶν ἐκκαθάρατε· τούτοις γὰρ συνεισέρχεται, τούτοις ἥδεται ὁ ἐχθρός· Ἐν τούτοις λαμβάνει τὴν ἰσχὺν καταδου-

hominis tota conſervatur: a perjurio, quod animam in contemtionem Dei præcipitem agit: ab odio proximi, per quod communis creator injuria afficitur: qui enim creaturam ſine cauſa odit, impotentiam ſuam in ipſum conditorem transfert. Odio porro habeatis mendacium, cogitantes, mendacii patrem eſſe diabolum: averſemini fraudulentiam; quæ mala etiam non ſperata conciliavit: fugite homicidium: hoſtis enim ab initio homicida erat: avaritiam item, Judam, niſi aliud quicquam, recogitantes: exſecremini furtum & dolos contra proximum, itemque adulterium, & luxum & incontinentiam, & temulentiam a vitæ veſtræ rationibus alienam habeatis. His

λῶ·

λῶσαι μὲν τὸ φρόνημα ὑμῶν, καὶ διαστῆσαι τοῦ δημιουργήσαντος θεοῦ, πεῖσαι δὲ πλάσματα, καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι αὐτοῦ· ἂν τῶν ἔργων αὐτοῦ τῶν τε εἰρημένων καὶ τῶν παραπλησίων ἀποστᾶτε, καὶ αὐτὸς ἀφίσταται ἀφ' ὑμῶν, οὐκ ἔχων οἷς ἑδρασθῇ, καὶ οἷς ἐπαναπαύσηται ἐν ὑμῖν· Καὶ τότε ὑμῖν ἡ θεία χάρις ἐπιλάμψασα ἐναυγάσει πλάσην ἐπιγιγνώσκειν καὶ δημιουργὸν, οὐ τὸν ἐπίβουλον ἐχθρὸν, ἀλλὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φιλάνθρωπον θεὸν, ἐν ᾧ ἐκτίσθη τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, ἀρχαὶ καὶ θρόνοι, καὶ ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις, καὶ ὁ παρὼν σύμπας καὶ ὁρώμενος κόσμος· Καὶ γὰρ δι' αὐτοῦ πάντα γέγονε, κἂν ἡ ἀποστασία, προκαταλαβοῦσα τῆς ψυχῆς τὰ ὄμματα, τὸν δημιουργὸν βλέπειν οὐ δίδωσιν. Ἕως δ' ἂν τοῖς τοῦ πονηροῦ καθυπηρετῆτε θελήμασιν, καὶ τῷ

enim consvescit, his delectatur hostis. In his facultatem accipit mentes vestras sibi subjiciendi, & avertendi a Deo conditore, persvadendique creaturis, ut suæ & sint & appellentur: si vero ab operibus ejus tum commemoratis tum illorum similibus abstineatis, etiam ipse abstinebit a vobis, non habens quidquam, in quo innitatur & acquiescat. Tunc vero divina gratia affulgens illuminabit vos, ut conditorem & opificem agnoscatis, non inimicum illum insidiatorem, sed bonum illum & hominum amicum Deum, per quem creata sunt omnia, visibilia & invisibilia, magistratus, & throni, & potestates, & virtutes, & præsens omnis ac visibilis mundus. Per ipsum e-

βορβόρῳ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν συναναφέρησθε, καὶ ἀντὶ τῶν σωτηρίων πόνων τῇ ψυχοφθόρῳ ῥᾳστώνῃ συναναστρέφησθε, οὐμενοῦν οὐκ ἂν ὑμῖν ἡ θεία καὶ οὐράνιος ἐναστράψῃ αἴγλη· οὐδὲ ἐκστήσηται τοῦ κράτους τῶν ψυχῶν ὑμῶν καὶ τῶν λογισμῶν ὁ ἐχθρὸς, τοῖς ἔργοις ἔχων δεδουλωμένους. Πλὴν ἔτι ταῖς διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος μαρτυρίαις ὁδηγεῖν ὑμᾶς πρὸς τὸ φῶς τῆς εὐσεβείας καὶ τὴν ἀποστασίαν ἐλέγχειν, οὐμενοῦν οὐκ ἂν τὸν ὄκνον τῆς ἐπιμελείας προελοίμεθα.

nim omnia facta sunt, quamvis defectio illa, mentis oculos fascinans, conditorem videre non patiatur. Quoad enim Mali voluntati obsecundatis, & sordibus turpium voluptatum maculamini, & pro salutaribus laboribus delicias animæ noxias sectamini, nunquam certe divinus & cœlestis splendor vos illustraverit, neque potestatem in animas & mentes vestras amiserit hostis, quas scilicet per actiones sibi subjectas habet. Interim nequaquam, posthabita industria, testimoniis Spiritus Sancti vos ad lucem pietatis ducere, & defectionem confutare pigrabimur.

Notæ

Notæ & Emendationes Viri docti, nescio cujus, ad exemplum DIONIS CHRYSOSTOMI edit. Paris. an. 1623. fol. adscriptæ, quod exstat in Biblioth. Bodlejana.

ORATIO I. de Regno.

Pag. 8. B. 3. μακάριοι δὲ ὑμεῖς οἱ συμμετέχοντες] lege ἡμεῖς. i. e. beati autem & *nos*, qui participes sumus. *Felicem hanc esse conjecturam dictionis series evincit, nec minus familiaris Dionis mos, ut se ipsum jungat ceteris, ad quos loquitur.*

Pag. 12. D. 3. οὐδ' Εὐρυσθέα] l. οἱ δ' Εὐρυσθέα φησὶ βασιλεύειν τότε i. e. Atque Eurystheum ajunt tunc regnasse. *Recte omnino, quemadmodum & Interpres hanc lectionem in versione sua expressit.* Veneta editio pessime scribit ἀρυσθέα.

P. 16. l. 2. ὡς μία μὲν ἐφαίνετο, πρόδηλος καὶ αὕτη σχεδὸν, ὁποίαν πρότερον εἴπω, ἐπισφαλὴς δὲ καὶ παρ' αὐτὸν] Distingue aliter & lege sic: ὡς μία μὲν ἐφαίνετο πρόδηλος· καὶ αὕτη σχεδὸν, ὁποίαν πρότερον εἶπον, ἐπισφαλής τε καὶ i. e. ut unus quidem appareret (ingressus) manifestus, sed & idem, qualem antea descripsi (vide p. 14.) periculosus, & ad ipsum ducens præcipitium. *Nihil verius.*

ibid. l. 15. καθημένην, ὑψηλὴν ἐξεπίτηδες, προσποιȣμένην] Diſtingue ita: καθημένην ὑψηλὴν, ἐξεπίτηδες προσποιȣμένην καὶ &c. i.e. quæ ſublimis ſedebat, & data opera fingebat ſe & ornabat, ut Baſileæ ſimilis eſſet. *Neminem puto dubitaturum* eſſe, quod τὸ ἐξεπίτηδες, *induſtriam* denotans, magis ad affectatum illud προσποιεῖσθαι, quam τὸ *ſedere in folio* quadret.

Oratio II.

Pag. 18. l. 10. ὁ δὲ ȣ̓χ οἷος τ' ἦν κατέχειν αὐτὸν] lege ἀυτὸν, hoc ſenſu: ille vero, (nempe Alexander) non poterat ſe continere. *Interpres Latinus retulit id ad Philippum Patrem, qui retinere non potuerit Alexandrum. At Dionem ad Alexandrum ipſum, qui ſe tenere non potuerit, reſpexiſſe, evincit comparatio ſequens cum canibus generoſis facta, qui domi relinqui nolint.*

l. 19. ἐπάσχετο πρῶτον] Lege ἔπασχε τὸ πρῶτον hoc ipſi primum uſu venit, vel accidit. *Frequentiſſima eſt iſta verbi* πάσχειν *in Activa forma (nunquam in Media) notio. Genuinam hanc lectionem ex parte repræſentavit editio Veneta, ubi legitur* ἔπασχετο. *Certe accentus in antepenultima poſitus oſtendere poterat, articulum* τὸ, *accentu ſuo inſtruendum & a* τῷ ἔπασχε *ſeparandum eſſe.*

P. 22. l. 13. εἰ καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς εἴη] lege εἴην, h. e. nihil foret abſurdi, ſi & bonus Poeta eſſem. *Loquitur de ſe ipſo Alexander, affirmat-*

matque Poeseos facultatem, ad eloquentiam quippe facientem, sibi, Regi futuro, utilem fore. Alioqui τὸ εἴη nihil habet, quo referri possit. Lectio marginalis εἴαν genuinæ hujus vestigium habet.

Ibid. l. 21. αὐτὸ τῆς Δημοσθένους δεινότητος] lege ἀντί· Rectissime, nam idem & Interpres Latinus expressit. Sensus est: Philippum Atheniensibus libenter cessurum Amphipolin pro insigni gravique dicendi copia Demosthenis. Quid sibi velit illa δεινότης, disces ex Philostrato & ex notis ad eum p. 483.

P. 25. l. 26. Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ, *Pindari Musici*] verte: Pindari, Musis amici, tecta flammis ne date. *Ita noster.* Videri poterat ferri posse interpretatio Latina, si vox *Musicus* eo sensu capiatur, quo usus est *Terentius* in Prolog. Heautont. *repente poëtam ait se adplicasse ad studium musicum*, i. e. ut innuatur facultas poetica Pindari.

Ibid. l. 36. κόσμοις ἱλάσκεσθαι] quid si κόσμοισιν ἀσκεῖσθαι· *Ingeniosa omnino est conjectura, qua tamen forte non opus est*, cum ἱερὰ possint dici ἱλάσκεσθαι respectu Deorum qui in illis coli, & hostium devictorum spoliis delectari soleant. Certe *Apollonius* lib. II. simili phrasi usus est θηεύμενοι ἱλάξονται ἱερὸν αἰπύ.

Pag. 30. l. 4. μόνον αὐτῶν] lege αὐτὸν. *Luculenta est emendatio.* Nihil enim est in contextu, ad quod τὸ αὐτῶν referri possit. Αὐτὸν vero

ro reſpicit Βασιλέα, *Regem* ante memoratum, quem non ſolum fortitudine & gravitate, ſed & aliis virtutibus valere debere ſcribit.

Pag. 32. l. 5. τῶν Ἀττικῶν σκολιῶν τε καὶ εὐχὰς ἐπαίνων. Lege σκολιῶν τε καὶ παιάνων εὐχάς. *Bene puto habere hanc emendationem.* Certe σκολιὰ & παιᾶνες ſive παιανικὰ ut ſynonyma a veteribus uſurpantur. Ita Ariſtotelis *ſcolium*, quod eſt apud Athenæum XV. c. 16. aliis audit *Paean.* Alia hanc in rem lege apud *Stephanum Le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 971. Utrumque carminis genus lætum eſt, ita ut τὰ σκολιὰ inprimis in comeſſationibus adhiberentur, παιᾶνες vero, ubi victoria vel exſpectabatur vel jam reportata erat. Sic Proclus in Chreſtomatia: τὸ δὲ σκολιὸν μέλος ᾔδετο περὶ τοὺς πότους. Svidas vocat παροίνιον ᾠδήν. Etymologicon M. σκολιὰ τὰ συμποτικὰ ᾄσματα· Hinc patet, cur Dio hic τὰ σκολιὰ non decere dicat niſi homines λίαν ἀνειμένους *valde molles.* Quid proprie παιᾶνες ſint, docent *Henr. Valeſius* in notis ad notas Mauſſaci in Harpocrationem p. 286. *Iſaac. Caſaubonus* ad Athenæum XV. 16. *Ægid. Menagius* ad Laertium p. 188. & *Blondellus* in Comparatione Pindari & Horatii p. 43. ſq.

Ibid. l. 7. φράτορσιν ἀγαθοῖς] forte ἁπαλοῖς vel ἀργοῖς. *Videtur auctor conjecturam hanc feciſſe ex ſequentibus vocibus σφόδρα ἀνειμένοις.* At tueri locum poteſt ἀγαθὸς, ſi dicamus per eum reſpici ad popularem quandam familiaritatem,

tem, quæ inter homines molles & deliciis deditos facile contrahitur. Qui autem φοςάτορες ſint, diſces ex *Harpocrationis* Lexico, ſuo loco, ubi compara notas Valeſii. Adde *Caſauboni* notas ad *Equites* Ariſtophanis v. 255.

ORATIO III.

Pag. 36. D. 5. ἐπειδὴ καὶ ὁρῶ σε] Lege: ἔπειτα καὶ ὁρῶ σε· *Feliciter, credo, conjecit Auctor.* Enumerat enim hic Dio varias Trajani (ad eum enim laudandum præcipue quatuor illæ de Regno Orationes ſpectant) virtutes, atque illis hanc, quod cum veteribus verſetur, ultimam addit, tandemque ex his omnibus conjunctis evincit, filium eum eſſe, qui poſt Deos maxima polleat poteſtate, eaque optime utatur.

P. 37. C. 6. πάντων δὲ] lege πάντων δὴ vel γε. Res clara.

Ibid. D. l. 3. ἀδικεῖς αὐτῆς] lege αὐτῆς, *ſeſe communicat*, quemadmodum & verſio Latina expreſſit. Neque ſane quidquam antecedit, ad quod τὸ αὐτῆς referri queat.

ib. D. 10. προςάττοντα ὁρῶν, ᾧ μόνῳ τὸ προςτάττειν ἔνειμεν ὁ Θεὸς] Quid ſi πράττοντα ἐρῶν. *Ingenioſa fateor, conjectura eſt*, ſed tamen ſine auctoritate Codicis MS. non facile in textum recipienda. Videtur enim id ſibi velle Dio, illi cum voluptate & libenter obediri, cui ſoli imperare datum ſit. Neque video, cur hic πράττειν commemorare volue-

luerit Orator, qui paulo post τ͂ πονεῖν faciat mentionem. Interim certum est τὸ πράττειν & προστάττειν solere secum invicem permutari. Vide infra ad pag. 232. C. 4.

P. 38. B. 7. μήτι πράξαντι] forte παράξαντι vel παραΐξαντι· μήτι· ἀρχαϊκῶς ἀντὶ τ͂ μηδέ. Vide, quæad primam Themistoclis epistolam annotavimus. *Ita Auctor.* Ingeniosissime sane, &, puto, vere, quod ex collato contextu fere ad oculum patet. Dio ait Trajanum omnes homines habere sui spectatores, comparatque cum Sole, qui ut per tenebras ingredi non possit, ut scilicet se non prodat, ita nec ipse si vel *cursim prætereat*, vel *raptim se proripiat* (id enim sibi vult παραΐξαντι ex παραΐσσω) latere quenquam posset. Ita sane sententia optima est, & admirationis aliquid habet, quæ non apparet, si legeris πράξαντι. Quid enim mirum est, aliquem non latere, ubi quid agit in luce, & aliorum conspectu. Ceterum, quas hic Auctor notas suas ad Themistoclis epist. allegat, eæ in proprium usum ab ipso consignatæ existimandæ sunt.

Pag. 39. D. 1. ἢ μὴ χαρίζεσθαι] fortean delenda negatio.

D. 2. αὐτίκα] nota, αὐτίκα hic, (ut alibi apud Græcos Scriptores) sumi pro *primum, nempe, verbi gratia.* Sic etiam Clemens Alexandr.

Pag. 43. D. l. 8. συμβῆναι] quid si συςῆναι? Feliciter iterum conjecisse videtur Auctor sagacissimus. Loquitur Dio de Formis Reipublicæ, easque constituit tres, omnium vero primam ait Monarchicam, quæ unius consilio & virtute regatur. Atque eam ait maxime *consistere* posse, si legas συςῆναι, aut *contingere*, si receptum συμβῆναι retineas. Prius omnino rei ipsi magis respondere videtur, quam posterius.

C. 11. ἢ ἂν ̓τ8τ8) ἤτε τ8τ8 μεῖζον ἕτερον. Deinde pro ἕπεσθαι, quod inepte explicare conatur Casaubonus, lege ἐπίσαι sensu apertissimo.

D. 10. ἢ) ἦν. Forte φανερῶς: hæc firmant superiorem nostram conjecturam, ἀνάτασιν pro ἀνάςασιν reponentium.

lin. ult. ἔδοξε) Lege ἔδειξε. Casaubonus λαμπρῶς legit perperam.

Pag. 426. A. 4. quid si puncto posito post βούλοιτο legas? κατ' αὐτὸ δὲ vel καὶ ταύτῃ δὲ σχεδιάζειν τὰ μέγιςα, καὶ προεςάναι πόλεως ἡγεῖσθαι.

B. 8. καὶ τὸ) distingue plenius post διακεκρίθητε, & lege καὶ τὸ περὶ τῆς χώρας παραχωρήσαντες, τὸ φέρειν τὰ τοιαῦτα καὶ μὴ &c. Sed forte ex glossemate irrepserint ista (τὸ περὶ τῆς χώρας) aut abrupte & ἐλλειπτικῶς dicta, pro: quantum ad negotium de regione seu terra controversa attinet. Distingue igitur: καὶ τὸ περὶ τῆς χώρας, τὸ φέρειν τὰ τοιαῦτα καὶ μὴ φιλονεικεῖν.

C. 3. ἐσομένων) ἡσσώμενοι; vel ἡσσωμένων. Sed prius malo: quid si σεσωσμένων; Deinde lege: μὴ διὰ τοὺς παροξυν.

Pag. 427. A. 9. δεῖ) ἔδει.

B. 2. quid si βουλεύεσθε imperative?

B. 3. ἀλλ' ἔγωγε ἠξίουν ἂν ἐπιτιμῆσαι λόγῳ πέμψαντας αὐτοὺς vel πέμψαντας ὡς αὐτοὺς i. e. mihi quidem videntur, missis legatis, verbis increpandi.

Pag. 427. C. 3. vulgata lectio hic retineri potest, ut per δικάζεσθαι intelligamus *jus accipere.*

Pag. 428. A. 10. κατ' εὔνοιαν] forte: καὶ κατ' εὔνοιαν ἠγνόητο, εὐδοκιμεῖν μὲν ταῦτα δέ &c.

D. 12. ὄψει] σώψει vel ψέγω τὸν αὐτόν.

ORATIO XXXV.

Pag. 429. C. 9. οὐδὲ] οὐ δεῖ.

442. C. 10. ἠσθημένοι] ἠσθημένοι.

444. A. 2. ξύμπαντα λογικὸν] ξύμπαν τὸ λογικὸν παραλάβῃ vel potius περιλάβῃ.

445. A. 7. ὅταν] ὄντα.

C. 10. εἰ μὴ] εἰ με.

446. A. 6. τούτῳ] τοῦτο.

A. 7. ὅπερ] ὅνπερ οὖν.

A. 8. ὠρίσαντο] ὁρίσαντι.

447. D. 5. ταῦτα] τ' αὐτα.

448. A. 8. οἱ δὲ] οὐδέ.

B. 1. εἴ τι τοῦτο] ἤτι τούτῳ παράπλ.

451. B. 10. ἕνα χειμῶνα] ἕνα καὶ μόνον.

ORATIO XXXVII.

Pag. 456. D. 1. οὕτως ἀσμένως] Forte: οὕτως ἀσμένως ἐπιδέξασθε ὡς ἂν μάλιστα μὲν ἐπειρᾶσθε.

D. 3. ἀλλὰ καὶ] ἀλλά γε.

D. 5. ὡς προεδρείαν) ὡς πρόεδρον vel προεδρείαν.

Pag. 457. B. 3. διαβεβηκότας) in procinctu ferme stantes, divaricatis cruribus, statu Viri pugnantis, quem laudat Tyrtæus: Ὅστις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ.

B. 5.

B. 5. μένȣσι μὲν τοιȣ̃τοι) μέντοι ȣ̃τοι.

B. 7. εἴη) forte ἐ̃ιναι.

Pag. 458. D. 11. καὶ ȣ̃το &c.) καίτοι ȣ̃το ἐπείθη τις &c. Sed utut legendum, sine dubio hæc interrogative accipienda sunt. Fortean vocula ἂν exciderit post ȣ̃το vel τὶς, sed ea frequenter ἐλλείπει.

lin. ult. διὰ πάντων) forte διὰ παντὸς subaudi χρόνȣ, quod Græcis perquam est familiare: imperitus, qui cum Ελλήνων videbat non congruere, mutavit.

Pag. 459. A. 7. ὡς αὐτοὶ) ubi ipsi Hippiæ & Isagoræ opus aggressi sunt, nempe tyrannide in reliquos Græcos, ut in ipsos Hippias & Isagoras, ut clarissima ἐπεξηγήσει explicat Dio. Falluntur hic ex æquo Interpres & Casaubonus.

B. 7. φιλοκάλως ἔχοντες) φιλολάκωνες ὄντες.

D. 3. ἑλόντες) quid si ἐλάοντες vel ἐλάσαντες.

Pag. 460. A. 6. ȣ̓δὲ ἐξήλαυνε) ȣ̓δὲ ἐξήτει αὖ τῶν.

C. 5. τȣ̃ Διονυσίȣ) τȣ̃ Διονύσου.

D. 1. ἅπαντάς φησι) ἅπαντά φασι.

Pag. 461. A. 7. quid si παρασχόντων pro παρὰ τῶν.

C. 2. προςάτην) forte ἀποςάτην vel τὸν δ' αὖ ἀποςατεῖν πρὸς τὰ τῶν Ελλήνων, vel: τὸν δὲ τῶν δ' ἀποςάτην πρὸς τὰ nisi προςάτην hic accipias pro τὸν ἀνεςηκότα, ut infra videtur Dio, cum dicit: γοργίαν ἐν Δελφοῖς προςάναι.

C. 7. καὶ κατὰ πόλιν γε) imo & in singulis civitatibus.

D. 5. ἐπέπαυτο) ἐπ' αὐτὸ γὰρ καὶ ἐδ. vel ἐπὶ τούτο.

D. 10. πρὸς τὸ δοκεῖν) quid si πρὸς τὸ εὐδοκιμεῖν διαφέρει vel τοῦ φῦναι πρός τι δοκεῖ διαφέρειν.

Pag. 462. A. 10. οὐσίας) Lege ὁσίας.

C. 8. ἐφ' ὧν) lege ἐφ' ὅν vel εἰς ὅν.

Pag. 463. A. 4. κατωπλεύθη) forte κακὸς ὤφθη.

A. 7. βουλευομένους ὑμᾶς) βουλομένους ὑμᾶς ποιεῖν προκαλέσασθαι;

A. 11. in margine ἠτυχηκότων) hæc lectio longe verior.

C. 10. τὴν δὲ καὶ συναγ.

Pag. 464. C. 1. ὅτε pro ὅτι.

Pag. 465. D. 10. si mendum non est in hac lectione, intelligit matulas ex imagine Philippi conflatas: sed quid si legas καταχεῦσαι.

Pag. 466. B. 5. οὔτ' ἐκεῖνο) οὔτ' ἐκείνους, οὔτ' ἐξ ἐκείνου.

C. 6. ἐκλείνειν, plurium malorum occasionem quærere.

D. 3. quid si ἡ μὲν γὰρ οὐκ ᾔσθετ' οὐδὲ φρ.

D. 4. Καμβύσης) Καμβύσης ὡς.

D. 10. ὑπολαβεῖν) ὑποβαλεῖν.

Pag. 467. B. 6. Χηρεύειν) Χωνεύειν κἂν αἰσθ.

B. 8. καὶ τὴν Εὐελπίδου) κατὰ τὴν Εὐελπίδου: quod mirum nec Interpretem, nec Morellum, nec ipsum adeo Casaubonum vidisse, præsertim cum integer senarius sequatur, & ipse ab omnibus his minime conspectus.

ἢ κατ' ἄνδρα) ἢ κατ' ἄνδρα μοι ὀρθὸς ἕστηκας, vel ἢ καὶ κατ' ἄνδρα μοι i. e. quare etiam in

unius

uniuscujusque boni Viri pectore, & quasi viritim mihi erecta stas.

ORATIO XXXVIII.

Pag. 468. C. 1. ταῦθ' ἃ) ταῦτα.

C. 2. σπουδῆς) suspecta mihi hæc vox. Deest forte ἄξιον, forte παρέλκει vox σπουδῆς:

Pag. 469. B. 4. τί δαὶ δύσκολον) τί δαί; δύσκολον.

D. 2. εἴτε ἐφ' ὑμῖν &c.) εἴτε μὴ (ἐφ' ὑμῖν γάρ που vel πως κεῖται τὸ πεισθῆναι) τί τοῦτο δ.

--- 470. A. 9. καὶ Casaub. hanc voculam δίχα λόγου rejicit: non enim hic copula est, sed auget.

D. 1. μεῖναι) deest negatio μὴ, vel hic vel ante δύναιτο reponenda.

Pag. 471. C. 3. ἢ μὴν) ἤμην.

C. 4. ἤδη) forte ἔδει.

D. 12. distingue commate post ἡδονή.

Pag. 475. C. 3. οὐδ' ὅτι) Lege ac distingue τούτων οὐδέν ὅτι τὰ δὲ ὄντα οὐδὲ εἰπεῖν ἐστιν, οὐδὲ ὁμολογῆσαι, ὡς καλῶς ἔχει.

Pag. 476. A. 2. τοὺς φόρους) τοῦ φόρους λαμβάνειν.

A. 4. τὸ δικάζειν] τοῦ δικάζειν.

C. 1. οὐκ ἄλλην] οὐκ ἄλλως (vel οὐ μάτην) νικᾶν διατείνεται: non frustra vincere contendit: vel οὐχ ἁπλῆν νίκην προτίθεται: non simplicem victoriam sibi proponit: præpositiones invicem a scribis commutari non novum.

C. 4. comma ponendum post παραδείγματα, non post ἁπλῶς.

C. 9.

D. 9. τὴν σπουδὴν] Lege τις σπουδήν.

D. 6. perfectæ ſententiæ nota ponatur poſt δυνάμενος.

Pag. 477. C. 11. Locus turbatiſſimus, ita forte aut ſimiliter reſtituendus: ἐξ ἧς ἀποτρέφονται μὲν καὶ τὸ νῦν χαριζομένων ὑμῶν (δεῖ δὲ δημοσίᾳ χαρίζεσθαι τὴν πόλιν καὶ οὐκ ἰδίᾳ τινάς) τὰ δὲ καὶ διακλέπτοντες αὐτοὶ &c. vel (quod propius ad ſcripturam & veritatem, puto, accedit) ἐξ ἧς ἀπόναυται μὲν καὶ τὸ νῦν κομιζόντων ὑμῶν, δεῖ δέ &c.

Pag. 479. B. 8. diſtinctio ponenda poſt ἀκίνδυνοι, non poſt λοιπόν.

Pag. 480. C 4. εὐδοκιμήσει) ἀδοκιμήσει.

C. 8. εὑρεθῇ διαδράσῃ] εὑρεθεὶς διαδράσει: ſi has lectiones admittimus, πρὸς ἐκείνους &c. reddemus: *adverſus eos.* Vide quæ ad notas Caſauboni in hunc locum ſcripſimus.

D. 7. τὴν ἱκανὴν] γῆν.

D. 12. οὐ δὲ] οὐ δή.

Pag. 481. C. 2. Diſtingue poſt θαυμάζεται, & ſcribe μείζων καὶ κατὰ τοῦτο.

Pag. 483. A. 9. Forte ἀπόλλυται. Ita nihil erit Caſauboni ſupplementis.

C. 6. συνοίσειν] συνοίσει. Fruſtra hic eſt Caſaubonus cum ſuo γενομένας.

D. 5. Diſtingue poſt δικαιοτέρας, non poſt ποιήσειν.

D. 9. χαρὰν] χάριν.

ORATIO XXXIX.

Pag. 483. C. 1. κατάπε ἰσχὺν) forte κατάγε ἰσχύν, ut

sensus sit, Nicæam a nulla civitate, quæ potentia quidem & magnitudine secundum ipsam sit, usquam gentium superari. Non enim, opinor, potentia ac magnitudine Romæ ac aliis præcipuis totius Orbis urbibus eam comparare ausit Dio. Tollenda autem distinctio plenior post ἐνδόξων. Nam quæ sequuntur γένους τε γενναιότητι &c. pendent a superioribus, quod cum non videret Interpres, coactus est de suo infarcire: *præstat.*

Pag. 455. C. 6. ὥστε] ἄλλως τε.

ORATIO XL.

Pag. 487. A. 10. ἡμᾶς) ὑμᾶς.

B. 9. ὡς δέον) ὅς.

C. 11. Nihil hic opus Casaubono, corrigente αὐτό nam ἐπαίρεσθαι & πτεροῦσθαι πρὸς λόγον sæpe dicuntur auditores.

Pag. 488. A. 2. ἀπολλύμεθα) ἀπολελυμένα.

A. 3. εἰς τὰ ὄρη) in montium cacumina ægre repens, ad inspicienda ligna aut lapidicinas.

Pag. 489. A. 29. δεόντως φέρειν) δῆλον ὡς φέρει ναυτίαν καὶ φθόνον, vel λύπην καὶ φθόνον. Casaubonus hic ταῦτα inepte repetit.

B. 2. κωλύειν) forte κολύειν.

C. 2. ὅπως δ') forte ὅπως τ' Casaubonus ὅμως δὲ, quod mihi quoque prius in mentem venerat, nec adhuc scio, utro modo legendum.

Pag.

Pag. 490. C. ȣ̓το κρεῖττον) τῷ τε κρεῖττον εἶναι μὴ διαφέρεσθαι πρὸς μηδένα ἀνθρώπων, ἥκιστα &c.

Pag. 491. C. 5. μαρτυρȣ͂ντα: quid si ὁμαρτȣ͂ντα?

Pag. 492. C. 5. ἢ πόλιν) Forte ᾗ scilicet ᾗ ἔχθρα, vel μήτε πόλιν οἰκȣ͂ντας: Sed verius, puto, legeris: ἢ πόλιν οἰκȣ͂ντας ȣ̓ μικράν.

D. 10. αὐτȣ̀ς i. e. nos, ultro.

Pag. 494. A. 7. ȣ̓δὲν ἄλλο) ȣ̓δέν᾽ ἄλλῳ.

D. 5. πόσω) πόσȣ.

Pag. 495. C. 1. putabam legendum τȣ́τοις, quod vidi postea etiam Casaubono placuisse. Sed præstat, credo, Interpretis emendatio legentis πλείςȣς.

C. 4. ἀκȣ́σαντας] Lege ἀκȣ́σαντα.

Pag. 496. C. 5. πρὸς δ᾽ αὖ τῶν λεγομ. Ita pagina sequente: πρὸς δ᾽ αὖ, γῆ μὲν &c.

Pag. 497. D. 5. τὴν πρὸς ἀλλ) forte: τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας ἔχεται.

Pag. 498. D. 3. Distingue post πέμψαντες, non post ψηφίσματι.

D. 11. Φημὶ) Forte: ἐμὲ vel γ᾽ ἐμε, vel, quod ad lectionem marginis propius accedit, σφίσι.

Pag. 499. A. 2. ὡς ἂν ἐν δήμῳ) ut in populari statu usu venire solet.

C. 7. αὐτὸ) forte αὐτῶν.

Pag. 500. C. 2. πολλάκις τὸ τιμᾷν) πολλάκις τε τῷ τιμᾷν προκελ.

Pag. 501. A. 6. οἰκήσαντες) οἰκήσαντας. Casaubonus: οἰκήσαντες minus recte: respicit enim, ni fallor, φίλȣς.

D. 4.

D. 4. lego, & suppleo: ἢ γῆν τῶν δὲ ἐχ.
Pag. 502. A. 5. παρὼν ἐνοχλεῖ) παρενοχλεῖ.

ORATIO XLII.

Pag. 503. C. 5. ἐμβαίνω pro λαμβάνω.

ORATIO XLIII.

Pag. 506. D. 1. ὁμοίως] ὅμοιος. τῷ πρ.
Pag. 507. A. 1. Locus, ut puto, mutilus. Forte scripserat auctor, ἀλλὰ μὴ ἐχθρὰς. ὑπὲρ τίνων; vel τίνων ἕνεκα; vel sine interrogatione ὑπὲρ ἡμῶν. Ita enim cohæserint sequentia.
Pag. 508. A. 7. forte: τοὺς βωμοὺς κατασκάπτων, quod cum iis, quæ præcedunt, quadrat optime. Et sequitur sane, διαφθείρων δὲ καὶ τὸν δῆμον unde probabile est, eum de alio quopiam facinore proxime locutum, & non περὶ δήμου.
D. 10. *hoc tamen scitote.*

ORATIO XLIV.

D. 11. καὶ ὅσας-ἄλλαι εἰσιν) hæc parenthesis nota includenda sunt, aut certe, commate post εἰσὶν posito, a ceteris separanda.
Pag. 509. A. 5. ἄλλου δὲ] ἀλλ' οὐδέ.
D. 11. τοῦτου γε] οὐ τότε.
Pag. 512. C. 2. ὅτε ἐκλήθην πρῶτον ὑφ' ἡμῶν κοινῇ, ἐν ᾗ παρ.
D. 8. αὐτὸν δ'] οὐ τὸν δεῖνα.
Pag. 513. B. 3. πρὸς ἡμᾶς) lege προσηκούσης. Sed non placet.

D. 4.

D. 4. τῷ) Casaubonus mutari vult in τὸ. Sed nihil opus.

D. 10. ὐδὲν) ὐδέ.

Pag. 514. A. 2. hæc & sequentia per se ob plura παρεντεθειμένα obscura: & vitiose insuper qua scripta, qua distincta, nec ab Interprete intellecta, & Casaubono præterita, ita aut similiter censemus ordinanda. Ταῦτα δὲ εἰ μὲν ὅτι χρήσιμα, μεγάλα, ἢ μὴ πολλοῖς ὑπάρξαντα ἑτέροις (ἀλλ' ἢ μιᾷ πόλει, κ. τ. σχεδὸν τι τῶν ἑλληνικῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ τηλικύτων ἐχύσῃ δίκαιον πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα, ὗ θεῦ παρ' ἐκείνοις μαντευσαμένυ, καὶ προειπόντος τὴν ἡγεμονίαν αὐτῷ, καὶ πρώτυ πάντων ἐκείνυ (forte ἐκείνῃ vel ἐκεῖ) φανερῶς αὐτὸν ἀποδείξαντος τῶν ὅλων κύριον) ὐ λέγω τοιῦτον ὐδέν. Οἷς δὲ ὑμεῖς μάλιστα ὕτων ἐπιθυμεῖτε, καὶ χρόνος ἦν πολὺς ὃν ἠλπίζετε, τῷ ἐξηπατῆσθαι, καὶ τοῖς ὑποσχομένοις μόνον τῶν ἡγεμόνων (ὐ γὰρ δὴ τῶν ἰδιωτῶν ὐδεὶς ὔτε προσεδόκησε πώποτε, ὔτε ὑπέσχετο,) τιμὰς ὑπερβαλλύσας ἐδίδοτε, πρὸ πολλῦ τῆς πόλεως ἀπαντῶντες πανδημεὶ καὶ περιμένοντες ἐν ἑτέραις πόλεσι· ἐπὶ τύτοις ὡς ἐννοεῖν ἄξιον, vel ἐπὶ τύτοις ὅμως ἐννοεῖν ἀξιῶ. Tunc apte sequentur, καί τοι σμικρῶν γενομένων &c. i. e. quanquam si parva & nihili forent, oportebat virum generosum, nec invidia minorem, tum scilicet, dicere: quid insanitis delineatisque talium rerum tam vehementer appetentes? &c.

C. 8. Distinguo: ὐ μὲν ὁμοίως ἐλύπει, τὸ τὸν

δεῖνα

δεῖνα τῶν ἡγεμόνων εἶναι τὸν ποιήσαντα καὶ παρασχόντα, μὴ τῶν ἡμετέρων τινὰ πολιτῶν i. e. *non tamen ita grave* erat, e ducibus (i. e. præsidibus) nescio quem ista fecisse ac præbuisse, ac non aliquem e civibus. Forte scripserat Dio: καὶ μὴ τῶν ὑμετέρων τινὰ πολιτῶν. Potest tamen sine ulla mutatione (præterquam in punctis) ferri edita lectio.

D. 10. τῶν πάντων τῶν βασιλέων) i. e. pueris, qui se Reges ludo & joco faciunt. Nam interpretis sententia mihi certe friget.

Pag. 515. B. 4. οὐχ ἑκατὸν] ἢ οὐχ ἑκατόν.

B. 8. ἐθέλωσιν] pone hic interrogationis notam.

B. 10. ἐβουλόμην] excidit forte vox μᾶλλον, ob similitudinem sequentium ἢ ἄλλῳ, ut sensus sit, cum tamen mihi potius se adjuncturi essent, quam ulli alii.

C. 3. Distinguendum post εἰ δ' οὖν, ut sensus sit, *sin vero id fieri nequiret*, quod cum non animadverterit Interpres, miram sententiæ labem intulit. Perfectæ autem sententiæ signum ponatur post λόγου. Ibi enim incipit interrogatio, quanquam non interrogat, sed dicit, justum esse, se illis confiteri, quid sit, in quo peccarit.

C. 11. καὶ καταστάντας] etiam constitutos, βουλευτὰς δηλονότι.

Pag. 516. A. 7. τί οὖν; ἐπὶ δύο ἡμέρας ἢ τρεῖς γενομένης τῆς χειροτονίας, ἐξῆλθον, οὐδὲν ἄλλο, ἢ παρατυχὼν τοῖς γεγονόσιν, i. e. exivi, cum interfuissem

 sem

ſem tantum. De hac locutione vide notas noſtras ad VIII. epiſtolam Themiſtoclis.

B. 2. καὶ τὸ νῦν διοικήσεως νῦν πρ. &c. διοίκησις hic non ἁπλῶς pro adminiſtratione qualibet.

B 5. καὶ] ὡς καὶ.

B. 7. μνησθῆναι] punctum hoc ponatur poſt κατεχομένων.

B. 11. χρημάτων] χρήματα.

Pag. 517. A. 5. καὶ τῷ νῦν] καὶ τὸ νῦν.

B. 8. ſupra, ſi memini, dicebat brevem eſſe: unde nunc μὴ βραχύς; quia ſcilicet ſcribæ ita viſum, qui pro μοι perperam hic μὴ intruſit.

C. 2. τοιαῦτα] καὶ τοιαῦτα vel τὰ πολλὰ διεξίασιν.

C. 3. ἐμεμνήμην ὤν, καὶ ἐνόμιζον συμφέρειν γενέσθαι τῇ πόλει.

ORATIO XLVI.

Pag. 518. C. 9. ὅτι ἃ δοκεῖ.

C. 10. οὐδενὶ] οὐδέν μοι φοβερὸν vel οὐδὲν σφῷ φοβερόν. Nam τοῖς πολλοῖς iſta vel maxime formidantur.

Pag. 518. D. 8. ὁποίου] ὁπωσοῦν vel ὁποιοῦν.

Pag. 520. A. 1. παραβάλλοντες ἡμᾶς vel παραβληθείς.

D. 7. οὗτος ὁ σῖτος. Unde vitioſa iſta ſcriptura in margine.

ibidem πλείων] πλείονος vel μείων.

Pag. 521. D. 2. Diſtinguendum poſt κατακαίειν, & legendum καί τινας τῶν γ.

ORA-

ORATIO XLVII.

Pag. 523. A. 4. καὶ ὔτοις] quid si οἷς ἀνάγκη i. e. patriæ & civibus, vel καὶ οὕτως ὡς ἀνάγκη.

C. 11. αὐτὸν] forte αὐτῶν, ut mens sit, etiam Reges eis dedisse Herculem.

Pag. 524. D. 7. ἄλλως] frustra, abs re: manifeste enim εἰρωνεύει Dio.

Pag. 525. A. 8. ἐπιμελῶς] ἐκ μελέτης, ἐμμεμελετηκὼς, ἀπὸ μελετήσεως, ἐμμελετήσας i. e. usu & meditatione didici.

C. 4. punctum ponatur post ἐλευθερία. Deinde lego δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἡγοῦντο. Casauboni emendatio auctoris menti pugnat.

C. 7. προσῆκε] προσήκει.

C. 8. ὁ δ᾽ οὖν] utcunque, quod Ar.

D. 6. τοῦ νόμου] forte: τοὔνομα διαβάλλητις, ὡς ἐγὼ Στάγειρα, καὶ ἄπολιν (vel οὐ πόλιν) καλῶ τὴν πόλιν ταύτην i. e. nolumus autem de nomine calumnietur nos quispiam, quasi ego Stageira & non civitatem hanc civitatem vocem.

Pag. 526. D. 9. εὐρυχωρίαν] εὐρυχωρίᾳ, mendum ex veteri modo adscribendi, quod nunc subscribitur.

Pag. 527. B. 2. ὑπομνημ] μνημάτων vel ὑποκινουμένων μνημάτων.

C. 10. distinguendum puto post χρυσᾶς.

Pag. 528. B. 7. ἢ προσιέναι vel ἀλλ᾽ ἢ εὐποιεῖν ὑμᾶς καὶ πρ. vel ἄλλα ἂν εὐποιεῖν.

ORATIO XLVIII.

Pag. 531. A. 1. πρὸς νοσοῦντας.

A. 11. μηδὲ σφόδρα] δέομαι μὴ σφόδρα, vel ὁρᾶτε, μὴ σφόδρα, vel, μὴ δῆτα σφόδρα γὰρ ἂν ἀγνω &c.

B. 7. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἄλλους.

B. 11. κοσμίσετε] distingue plenius aliquanto post κοσμήσετε, & verte sequentia: *Est enim ornatus &c.*

Pag. 532. B. 1. λόγῳ ἀεὶ συναγαγὼν καὶ ὁμονοίας καὶ φιλίας συναράμενοι. Nam συνάρασθαί τινί τινος pro συλλαμβάνειν τινί τινος i. e. *adjuvare in re aliqua*, proba & elegans phrasis. Desultoria numerorum mutatio Græcis atque adeo huic nostro perquam familiaris.

C. 4. Distingue post ἀποφαίνοντος, & scribe: κἀπὸ διπλῶν καὶ ποικίλων ἠθῶν τρ. αυλ. κατεαγότος, διπλᾶς φωνὰς ἀφιέναι.

D. l. ult. διαμένοντες] potest ferri, sed quid si διατείνοντες?

Pag. 533. A. 5. quid si πληχθέντος vel πρησθέντος, quod omnino verum puto. Πρήθω enim & πίμπρημι tam inflationem quam inflammationem notat. Comma autem ponendum post ἀδήλως, non post γενομένου.

D. 8. λέγων τὸ τῆς π.] λέγω δὲ τὸ τῆς παροιμίας.

Pag. 534. A. 3. δοκῶ] Casaubonus hic intrudit ἑκὼν, quod equidem οὐχ ἑκὼν admiserim, ut nec ἐλλογεῖν pro ἐμποιεῖν.

A. 9. διοίκησιν) i. e. propter conventum, quem Prusæ agi fecerat Dio.

Pag. 535. A. 1 ψέλλιον] quod nos dicimus *a brave*, a *malrolle*.

C. 4. distingue καὶ ζῶσιν ἅμα καὶ π. vel καὶ συζῶσιν ἅμα κ. π.

Oratio XLIX.

Pag. 536. C. 7. δριμύτατον) solertissimum, acutissimi & acerrimi ingenii.

Pag. 537. B. 8. ἃ δεῖ προσδεῖσθαι,] αἰεὶ προσκεῖσθαι, nisi forte προσδεῖσθαι pro alligari (in eodem fere sensu) accipias.

D. 6. ὡς οὐκ) Lego ὃς οὐκ.

Pag. 538. B. 2. δ' οὐ πάντας) Lege δ' οὖν πάντας vel ἀκούσαντας, quæ verior, puto, emendatio. Ut ut sit, Casaubonum, qui ἐκ κοινοῦ hic μετασχεῖν e superioribus repetit, frustra esse non dubito.

Pag. 538. D. 10. διενηνοχὼς] διηνεκῶς. Nam statim fere subjicitur ὁ τοίνυν φιλόσοφος αἰεὶ αὐτοῦ ἄρχει.

Pag. 539. A. 8. καταπλήττειν δυνάμεως, vel καταπληκτικὸν, vel καταβλητικὸν ἡμῶν.

Pag. 540. A. 6. ἀλλὰ οὐ γε ὄντως φιλ.

A. 9. οὐ φάσκων] οὐ φάσκων ἰδιωτὰς εἶναι. vel alio sensu: ἱκανὸς εἶναι, vel οὐ φάσκων ἀνιδρυς εἶναι. Quicquid sit, non dubito, quin ἰατρὸς hic alienam sedem invaserit. Occasio ex sequentibus ἀξιῶν ἰατρὸς εἶναι.

B. 2. προθύμως δὲ] Lege οὐ.

B. 10. ἀλλοτρίας] Forte ἀλλοτρίας ἐθέλοι, προδοὺς ἐκείνους vel ἀλλοτρίας ἕλοιτο προδ. vel ἀλλοτρίας ἐθέλοι τρέφειν μόνους.

Pag. 542. D. 2. δοκεῖν] δοκοῦν.

Pag. 543. B. 6. τὸ προΐςασθαι] εἰς τὸ προΐςασθαι.

D. 4. εἴ τις ἄρα] ἢ εἴ τις ἄρα τοιοῦτός ἐςιν ὡς ἰσχύσειν ἀπειλῶν διὰ τί δέ με &c.

D. 8. ἢ τὴν] quid si ἢ μή.

Pag. 544. C. 1. ἐκείνῳ] Lege ἐκεῖνο.

C. 7. πότερα] πότε, ὁ ῥέζων τὰ vel προσρίζων τὰ κ. vel προφέρων τὰ, vel θάτερα ὡς τὰ κρείττονα. Ut ut legendum, mens Dionis est, se nunquam ita filio consuluisse, ut ei, quid agendum sit, prædefiniret, & consilium, quod instar mandati sit, daret.

D. 1. Lego: τὸ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἀξιώσαντα τῆς πόλεως, (ὡς ἱκανὸν ὄντα βουλεύεσθαι ἤδη καὶ διοικεῖν τὰ κοινὰ) μεταξὺ δι' ἔργων ποιεῖν ἰδιώτην. vel ἄρχειν αὐτὸν ἀξιῶσαι τ. πόλεως, & paulo post μεταξὺ δὲ ἔργῳ ποιεῖν. Sciendum enim, Dionis filium Prusæ tunc magistratum gessisse, Patre Dione ἀξιώσαντΕ.

Oratio LI.

Pag. 545. ad titulum πρὸς Διόδωρον] Erat, puto, inter inimicos Dionis Diodorus hic, qui tamen filium ejus, (ut videtur,) thronum Prusæ tunc obtinentem, cum primis laudaverat.

Pag. 545. B. 7. ἕτερα ὧν] Et hæc videntur e Tragico nescio quo, aut Dramatico Poeta, qui senarium ita clauserat: vel vitato hiatu: ἕτερα δ' ὧν φρονεῖ ποιῶν.

C. 9.

C. 9. εἰ τοιαῦτα] forte λείπει, δεινὸν, vel ſcripſerat Dio τοιαῦτα ἢ τοιαῦτα, ut ſenſus ſit: nunc vero pro loco talia vel talia dicuntur.

Pag. 546. A. 10. προθυμίαν] hinc colligo, filium Dionis fuiſſe, de quo loquitur, licet ad Diodorum, qui eum proxime laudaverat, ſermo ſit.

C. 7. φιλοτιμιῶν i. e. τῶν φιλοτίμως δαπανηθέντων.

D. 3. ὑφ' ὧν] ὑφ' ὑμῶν.

Pag. 547. A. 6. ὁ ὖν] malim γὖν.

B. 1. perfecte hic diſtinguendum poſt πολίται.

B. 10. ἐπικαλὄμενος] quid ſi ἐπιμελὄμενον?

C. 6. diſtinguo plenius poſt ὖ & ſcribo, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ πόλει. ὖτο γὰρ ὥσπερ &c.

D. 9. ἀποδεχόμενον] ἀποδεχομένων τινα καὶ τιμώντων ἐγκώμιον.

ORATIO LII.

Pag. 549. C. ὖ συγγινωσκόμενος] ὖκ ἐπιγιγνωσκομ.

C. 7. Si ſcriptura recte habet, vertendum, ut non in memoriam revocare quis poſſit figuram eorum, qui decem annos à ſe invicem disjuncti fuiſſent. Forte ſcripſerat τῶν δέκα ἔτη διαγ. Videtur enim διαγίγνεσθαι hic opponi τῷ συγγίνεσθαι, quod vix alibi factum memini.

Pag. 550. C. 6. ὖ μόνον ἀσχημονέςερον] ὖ μόνον εὐσχημονέςεροι, (ἥρωες ὄντες, ἀλλ' ὖκ Εὐρυβάτου καὶ Παταικίωνος) ἀλλ' ὡς ἐμοὶ &c.

ORATIO LIII.

Pag. 553. l ult. ποιεῖν] Lege ποιοίη.

Pag. 554. A. 1. πολλὺς] ὥσπερ πώλυς κακῶς πωλευθέντας ἐξ ἀρχῆς, ὑπόπλυς πρὸς τὰ μὴ φοβερά. Casaubonus hic ne γρῦ quidem.

A. 8. διαστῆναι] διαιτῆσαι τὸ τοιοῦτον, καθάπερ οἶμαι, δύο φίλων &c.

ORATIO LV.

Pag. 558. C. 9. ἐξευρεῖν φησι].

ORATIO LVI.

Pag. 566. D. 6. κατήκοος αὐτοῦ] κατήκοος αὐτός.

ORATIO LIX.

Pag. 575. A. 5. μεγαλόφρον ἅμα καὶ φιλότιμον ὅτιοῦν, ὡς ἀνὴρ πέφυκεν.

Ibid. ὡς ἀνὴρ εὐφυὴς vel εὖ πεφυκώς. Nam Orat. LII. p. 551. hæc ipsa, quæ nunc παραφράζει, ab Ulysse in Prologo Euripidei Philoctetæ commemorata tradit, & inter cetera ita locutum testatur: οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ εὐφυής.

D. 7. οὗ προκειμένου] τούτου οὖν vel τοιούτου δὴ προκειμ. vel οὗδε δὴ προκειμ. Distinguendum autem perfecte post τὰ τόξα.

Pag. 576. B. 4. οὐ χάριν αἰτίας] οὐχ οὗ χάριν αἰτιᾷς με &c. vel οὐ χάριν ἀδικίας με ἥκ.

Pag. 577. A. 1. Distingue post ὁτιοῦν. Sequentia enim Philoctetæ sunt. Legendum autem ὦ μηδ. &c.

B. 8. εἶδον μὲν vel ἐπεῖδον μὲν, vel σχεδὸν μὲν οὖν ἔγωγε, ἐν ὅσῃ χρείᾳ καθέστηκας αὐτὸς εἶδον. εἰ δ' οὖν ἔχοις ἂν &c.

C. 6. diſtingue poſt ἐῤῥιμμένον non poſt γλίσχρως.

C. 8. ἢ γὰρ ἦν] ἢ γὰρ αὖ.

ORATIO LX.

Pag. 578. B. 8. ἐπὶ] ἔτι.

B. 10. εἴωθε] εἴωθας.

C. 1. ὥς τίς. Monet Dionem alter ille, qui hic loquens introducitur, ne more Philoſophorum παραδόξως rem explicet.

D. 3. Diſtinguo poſt ἐπεχείρησεν· & ſequens negatio alteri iſti perſonæ per negationem tribuenda.

Pag. 580. C. 6. παρέχοντες: quid ſi χαράξαντες?

ORATIO LXI.

Pag. 581. A. 2. ἐπαινοῦσα] videtur femina dialogo huic interpoſita.

A. 4. πιστεύουσα] tres videntur interlocutores, quorum unus feminam, neſcio quam, alloquens, Dionem tertiam hujus Dialogi perſonam indigitat his verbis: ὁ δὲ δεινότατός ἐστιν.

D. 8. ἴσως ποτὲ οἰόμεθα] πότερον οὖν οἰόμεθα.

Pag. 582. A. 3. ἥδετο] forte ἥρητο vel εἵλετο.

C. 1. οὐκοῦν] hæc alteri perſonæ tribuenda.

C. 6. εἶγε &c. hæc rurſus Dioni.

Pag. 583. B. 3. Diſtinguo: καλῶς οὐκοῦν ἐκ τ. &c.

Et hæc usque ad ὑπέχε non Dioni, ſed illi alteri tribuo.

Pag. 586. B. 4. Vitioſum hunc locum, etſi difficile conceptis a Dione verbis reſtituere, in hunc tamen aut non diſſimilem ſenſum corrigendum liquet. Alia perſona: εἶεν. ἀλλ' εἰ μᾶλλον ἡ Χρυσηῒς ταῦτα ἐλογίζετο, ἃ σὺ λέγεις καθ' αὑτήν. Dio: οἶμαι τὰ περὶ τῆς Κλυταιμνήστρας εἰκὸς εἶναι μᾶλλον ἐκείνην πολυπραγμονεῖν, κἂν λογιζομένε τȣ̃ πατρὸς ταῦτα συνεχώρει καὶ ἐπείθετο, ἐδὲ ἔτο φαῦλον. αἳ γȣ̃ν &c.

ORATIO LXIII.

Pag. 590. C. 8. καὶ ἀνθρώπες &c.] καὶ τȣ̀ς ἄνω τόπȣς τύχην ἔχειν, ὁπότε αἰθρία ἂν ᾖ, καὶ μὴ σκότος.

ORATIO LXIV.

Pag. 594. A. 2. παρέχεται] παρέρχεται.

A. 3. ἐπὶ γήρως ἀργὸς ἦν] ἐπεὶ, εἰ καὶ ἥρως ἀργὸς, vel ἐπεί γ' ἥρως ἀργ. vel κἂν ἥρως vel χ' ἥρως.

Pag. 595. A. 9. ὁ δὲ λόγος] altius huic loco impreſſum vulnus indicant ſequentia.

B. 7. ὡς] ὡς δ' ἐκ.

D. 10. ὑποκινῶν] δεικνύων.

Pag. 596. C. 1. ὡς καὶ καλόν σε φαίνεται τὸ νεώριον] Senarius e, neſcio quo, dramatico poëta: *Apparet & navale quam pulchrum tuum.*

C. 4. ἔτι δὲ μετὰ] forte μὴ μετά.

Pag. 597. B. 10. Φυγάδα δὲ] forte δή.

Pag.

Pag. 598. A. 2. τὸν γείτονα] τὸν γέροντα.
Pag. 599. B. 5. τὰ μὲν ἄλλα] μεγάλα.
Pag. 601. C. 11. εἴτις μὲν ἕκαστος] εἴ τις ἡμῶν, μᾶλλον δ' ἕκαστος, οὐ δύναται] vel εἴ τις μὲν ἡμῶν, αὐτὸς οὐ δ. &c.
Pag. 602. A. 7. ὅπου καὶ] ὅπου γὰρ καί.
Pag. 602. C. 10. ῥέον. Vide, quæ nos ad notas Casauboni.

Oratio LXV.

Pag. 605. B. 10. ἀποκηρύττεσθαι] ἀνακηρύττ.
606. B. 10. μικροῦ κατειργάσατο] vili pretio subegit.
607. A. 10. ἡ ἡδίκ.] ἡλίκας ἄν ποτε ἡ ἐρ.
609. B. 1. προφέροντος.
B. 2. ἀκούων ὑπὲρ ἐμοῦ] ἀκοῦσα ὑπ' ἐμοῦ. Casaubonus hic nihil vidit.
610. B. 9. ἐπ' ἄλλους] i. e. κατ' ἄλλων. Interpres toto cœlo hic errat.
611. C. 7. καταφρονήσας] καταφρονῆσαι πείσας σαυτόν.
612. C. 7. ταράττεσθαι καὶ δάκνεσθαι] quid si χαράττεσθαι καὶ δανείζεσθαι.
613. A. 1. τρέψας] Forte τρίψας, ut accipiamus de exploratione, quæ fit per lapidem Lydium : sed verior, puto, lectio στρέψας, ut innuat τὸν πένητα, instar ἐκτετριμμένου καὶ πάνυ ἀδοκίμου νομίσματος, prima facie ne altero quidem latere inspecto ἀποῤῥίπτεσθαι.
Pag. 614. B. 3. οὐ πάνυ δοκεῖ μοι] εὖ πάνυ μοι δοκεῖς.
B. 11. παρέχων] παρέχοι.

C. 2.

C. 2. ὅτι] ὅ, τι.

Pag. 615. A. 1. ἐντεταγμέναις] ἐν τε ταγμέναις.

A. 5. μαρτυρήσαντες] μακαρίσαντες.

Pag. 617. D. 1. ἁρμόζονται] vel ἁρμόζειν καὶ τοὺς &c.

ORATIO LXVIII.

Pag. 618. B. 7. ὧν ἂν ὅμοιον] ὧν ὂν ἂν ὅμοιον.

D. 7. ἄλλοι] ἀλλ᾽ οἱ.

619. B. 10 ὁσίους] δικαίους.

C. 9. εἶναι] ὄντας.

620. D. 12. Lego, commate tantum post ἀδικημάτων posito, ἀλλὰ κακοὶ ὄντες. τοιοῦτοι δ᾽ ὄντες αἰτιῶνται τοὺς νομοθέτας καὶ κολάζουσι τοὺς νόμους i. e. castigant, corrigunt ὥσπερ εἰ ἄμουσοι ὄντες ᾐτιᾶτο τοὺς μουσικούς. Nondum enim probe capio αἱρεῖσθαι τοὺς μουσικούς.

Pag. 622. B. 3. ἐξιόντα] διεξιόντα vel δείξαντα vel ἐξειπόντα.

D. 11. αὐτῶν. D. 12. τὸν λέγοντα μόνον, ἢ τὸν πράττοντα καὶ &c. & statim ἐγὼ μὲν οὖν οὗτον.

Pag. 623. C. 3. ὑμῶν] τείνων.

ORATIO LXX.

Pag. 627. B. 10. κηρύττειν. Hæc lectio etiam præconem facit Neronem sed legendum puto στεφανωθῆναι οὗτοι καὶ κηρυχθῆναι. ᾄδειν &c.

ORATIO LXXI.

627. D. 1. ἱδρῶσι ναυτοῦ vel ναυτικὸν χιτῶνα.

628. B. 7. γε τῶν] forte γετῶν, quod omnino confirmatur ex sequentibus: καίτοι Γέτας μὲν ἢ Πέρσας &c.

630.

Pag. 630. D. 4. ἄλλων.

D. 11. ἔχθεα] χρεᾶ vel ἔχεα, vel ἐκχρεᾶ.

631. A. 5. παρὰ τὸν θεόν.

A. 10. καὶ τυχὸν ἐ παντάπασι ψευδῆ οἴονται, εἴγε τῶ &c.

ORATIO LXXIII.

Pag. 635. C. 6. προειρῆσθαι] προηρῆσθαι.

ORATIO LXXIV.

lin. penult. ἵνων. forte τίνας; vel, distinctione mutata συγγενῶν; τί μήν; ἐνίες δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ἔγγιστα ἀδελφῶν ἢ υἱῶν, ἢ καὶ &c.

636. B. 5. minore distinctione hic post φίλες opus. Pendent enim, quæ præcedunt usque ad ἐξεσίαν δῶ.

637. B. 2. ἢ δὴ] καὶ δή.

B. 4. ἀπέχοντες.

B. 5. ὁ γεν] Interpres sæpius in hac particula γεν peccat, dum reddit *igitur*, quod *siquidem* verti debet.

D. 2. ἤδη] forte δεῖ vel δεήσει, vel χρή.

643. C. 8. ἐπιγνοίης] ἔτι γνοίης.

ORATIO LXXVII.

Pag. 650. C. 9. τῇ αὐτῇ τέχνῃ ἐκ]. περ.

D. 4. ὁποῖ ἂν ἔχῃ] ὁποῖ ἂν ἔχῃ.

651. B. 9. ἐ δήπε φησὶν] ἐ δήπε φησὶν ὅτι βεν ἀπολέσαι ἂν, εἰ μοι γείτων πονηρὸς ἦ, ἢ ἄλλοις συγγνώη, πρόβατον δ' ἐκ ἂν ἀφέλοιτο, ἐὰν δύνηται λαθεῖν, ἐδὲ αἶγ. Sed non placet.

D. 11. ἡγοῖτο] Lego ἥδοιτο.

Pag. 653. A. 3. ἐπιχειροῦντα] quid si ἔμπειρον ὄντα.

D. 8. οὐκ ἂν εἴη βέλτιον, ὡς φασὶ βούλεσθαι αὐτοὺς Ἡσίοδος vel οὐκ ἂν εἴη βέλτιον, οὓς φασι βούλεσθαι.

ORATIO LXXVIII.

Pag. 654. B. 4. καὶ τὴν ἀρετὴν] τῷ καὶ τὴν ἀρετήν.

655. C. 3. Distinguo post αὐτοῦ, & scribo μᾶλλόν τε ἐπί.

D. 4. συμφθειρομένων] συμφθεγγομένων.

656. D. 11. φαύλως] forte καλῶς.

658. B. 1. αὐτὸν δὲ οἰκτείρων τῆς ἀπορίας τε καὶ ἐρημίας τούτων, τῶν ἀθλιοτάτων ἡγοῖτο, οὐ τῶν εὐτυχῶν.

B. 3. ἐκεῖνος] ἐκείνοις.

C. 3. κἀκεῖνο] κἀκεῖνον.

659. C. 2. διασπάσαντα] διαπάσαντα.

D. 1. οὐδὲ βούλεται] οὐδὲ βουλευτήν. vel ἢ ὅσων βούλει vel βούλεται, vel οὐδὲ εἰ βούλει ἔτι προτ.

D. 5. αὐτὸς δὲ] Casaubonus, qui hunc locum corrigere voluit, non vidit hæc a superioribus pendere.

660. C. 2. Legendum: καὶ μετὰ πάντα κολάκων δεῖ.

ORATIO LXXIX.

Pag. 664. A. 10. παλαιῶν] vel φαύλων.

B. 6. si τῇ hic substituas, non erit necessaria Casauboni correctio, ὡς εἴ τις.

D. 10. ὑμῶν] ἡμῶν.

665. B. 1. οὐ τῷ παντί.

ORA-

ORATIO. LXXX.

Pag. 666. C. 4. εἰδῦς] ἰδίας γῦν αὐτον, vel εἴγ' ἰδίας αὐτον.

667. A. 11. Locus hic nec ab Interprete, & multo minus a Casaubono recte acceptus, sanus tamen, modo recte exponatur. Verto: & tamen illi omnia se pro legibus pati dicebant, et nunc quoque in his justitiam contineri autumant, quando vel ipsi miseri homunciones conscripserint, vel ab aliis conscriptas acceperint.

C. 11. συνέχοντα 7. θ.] συνέχοντα 7. θ. Αθηναίας ἐπάρατον εἶναι.

D. 4. τὸν ἦν] negationem hic perperam infarcit Casaub.

668. B. 5. ἰσχυρὰν,] malim hoc comma post ὕτως.

B. 10. εἴη] quædam hic deesse videntur.

Idem Vir doctus ad Isaaci Casauboni Diatribam, Orationibus Dionis subjectam, ista Animadversionum loco adscripserat, ad quæ supra in Notis ipsis passim provocat.

Pagina 8. lin. ult. *postulante sententia*] Imo vix admittit hanc lectionem sententia. Malim igitur legere: ὃ δὲ δὴ Ηρακλέυς, vel ὃ γε μὴν Ηρακλ. vel ὃ δὴ ὖν Ηρακλ. vel ὃ δὲ αὖ Ηρακλ.

Pag. 12. l. 4 imo ἐπίφθονον manifestissime adversatur sententiæ. Quid enim magis invidiæ

vidiæ obnoxium, quam τὸ ἄρχειν. Scribo igitur ἀλλὰ ἐπίπονον, ut ſtatim οὐδὲ πλέον ἔχῃ ἀνέσεως καὶ σχολῆς, ἀλλὰ φροντίδων καὶ πόνων.

ibid. l. 11. Deus bone! quam immanem errorem errat hic etiam Caſaubonus! Nihil enim aliud vult Dio, quam eas voluptates, quæ a volentibus & non invitis amaſiis proveniunt, amatoribus eſſe jucundiſſimas. Vide emendationem noſtram.

Pag. 15. *peſſimo flagitio ſcripſerant*] imo peſſimo flagitio tu, ò Caſaubone, ſanum locum, quantum in te erat, corrupiſti.

Pag. 16. *ea transpoſitio quam vim habeat*] ſcimus, quid vis, Caſaubone, & tamen transpoſitionem iſtam tuam non admittimus. Aliud enim longe vult Dio: nimirum aquam in Attica cito corrumpi, nec potui aptam diu permanere.

a vento borea] imo & hic in propria ſignificatione, ut puto, & ideo addit Dio, εἰ καὶ αὐτὴ μᾶλλον &c.

Pag. 17. *certa conjectura reſtituimus*] mihi contra certum eſt, hanc conjecturam hic admitti non poſſe.

τοὺς πάντοτε ἐπ' vel πρὸς ἡμᾶς] neque hanc conjecturam probare poſſum: ita longe a vetere Scriptura recedit. Scripſerim potius πρώτως, quaſi dicat, τοὺς μὴ πρότερον ἐπιδημήσαντας.

γεωργήσαντες] Et hic corrumpere potius quam corrigere locum leviter (ſi tamen leviter) affectum videtur Caſaubonus. Nam

κατέ-

κατεβάλοντο & ipſum ferri quidem non incommode poteſt: plenius tamen videatur fortaſſe, κατέβαλον τὸ μίσθωμα, aut ſimile quid.

Pag. 18. l. 6. Atqui in libris tam ſcriptis quam impreſſis eſt ἡμεῖς, non ἡμῶν. Et vere: Nam pro ὐχ ἥκιστα μὲν τὰ κρέα ἡμεῖς ſcribendum ὐχ ἵσαμὲν τὰ κρέα ἡμεῖς ſenſu lepido & liquido, i.e. non in ſtatera quidem appendimus carnes, ſed, quantum habemus carnium, libenter damus. l. 8. οἱ παρόντες) hic lectio edita mihi potior. Accipio autem ἐπαφῶσι pro ἐπ' ἄμπλον ἀφῶσι.

At vocem periiſſe non obſervavit] Nec ſane, ut puto, periit: nam ſententia hic, modo recte diſtinguas, poſt αὐτοῖς conciſa quidem, ſatis tamen integra, & tempus melius notant iſta: σπέρμα ψιλὸν, quam Caſauboni ἀόριστον illud ποτέ.

Fortean καὶ ἀπηχῶν) Apage has nugas. Απαιτῶν recte ſcribitur, ut ſtatim λοιδορειῶν καὶ ἀπεχθειῶν. Sed fefellit Caſaubonum, quod non vidit pro πατρὶ ſcribendum πέρι.

Pag. 21. *acutus lector*:] ego inter illos acutos cenſeri nolim.

Pag. 24. lin. 1. Locus quidem integerrimus, ſed nec a Caſaubono recte intellectus. Eſt autem in elegante iſta βραχυλογίᾳ· πρόσδε ὐδὲν, ἔλλειψις vocis πράξαντος, quæ infra etiam exprimitur p. 175. in iſtis: καὶ μηδὲ τύτυ μηδὲν πράξαντος, ἀλλὰ τῆς ἵππυς μόνον λαβόντος. lin. 5. *poetæ verba*] toto cœlo errat hic Caſau-

ſau-

ſaubonus. Dio enim reſpicit res Iliad. Π narratas & verſus præcipue: Η μὲν δὴ γίγνωσκε μάχας ἑτεραλκέα νίκην.
Ἀλλὰ καὶ ὣς ἀνέμιμνε σάω δ' ἀρέηρας ἑταίρους.
lin. 20. ἅτε οὐδὲν οὐ ζαμιευσάμενον] lego: οὔτε. Sequitur enim: καὶ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ κοπωθέντα, & multo ſane facilior lapſus ex οὔτε, quam ex αὐτῆς in οὐ.

Pag. 25. l. 14. καὶ μηδ.] Tu quoque corruptum ibas, cum ἢ μηδ. pro καὶ μηδένα, ut recte liber MS, ſubſtituebas. Nam, ut demus, δεινοὺς pro δειλοὺς reponendum, malim tamen prius ἢ extritum, quam alterum ἢ e vocula καὶ fieri. Sed & veterem ſcripturam non inepte tueri poſſumus, hoc ſenſu: contrarium evenire oportebat, quam ut miſeri viderentur & ignavi, qui vicerant, neminem ſcilicet iis manus inferre.

Pag. 29. *Emendationem vero ejus tentare ſine ope meliorum Codicum*] Et tamen ferri poteſt. Atqui alibi, ò Caſaubone, multo audacius etiam in locis ſanis graſſatus es, neque erat hic ſane, quod timeres: nam οἰνέως pro οἰήσεως reſtituto, ingens illud, quod ſomniabas hic, monſtrum evanuit. Οἰνέως autem Pandionis nothi filii mentionem facit Pauſanias in Atticis, eumque inter ἐπωνύμους numerat, nec veriſimile eſt, cum ipſum opidum ἐλευθέραι Atticæ confine, & poſtea etiam pars fuerit, pueros iſtos non procul ab ἐλευθέραις expoſitos ab Oenei paſtore inventos. Dixerat, qui ſe civem

vem & liberis parentibus prognatum gloriabatur, ſervas etiam ſuas partus aut elidere aut exſtingere, nedum alienos & ſuppoſititios adſciſcere. Reſpondet alter: ita eſſe, quasdam tamen excipi debere, ut illam Oenei Pandionis nothi, quæ Zethum & Amphionem a marito ſibi ſuppoſitos, adeo dilexit.

Pag. 30. l. 10. *ut ſi ſcribas*] atque contrarium plane auctoris menti ita ſcribendo ſenſum effeceris.

lin. 12. *non ſatis capio*] expono: corporis tantum malis, iisque non omnibus accurate enumeratis, ſed leviter & quaſi primoribus labris nobis in hac oratione prælibatis.

lin. antepenultima: *nemo hæc intelligat*] ain tu? neminem hæc intelligere poſſe, niſi extruſa voce μηδενός; Ego vero & percommodum in his ſenſum video, modo recte diſtinguatur & exponatur. Bene autem & ponderum & menſurarum meminit, tanquam rerum juſtitiæ cauſa, & ne quis altero plus habeat, inventarum. Græci nunc dicunt πλεονεκτεῖν ἕνα, nunc τινός. Si quid hic mutarem poſt ὥσπερ, adderem equidem ὑπὲρ, quod propter affinitatem præcedentis ὥσπερ facile potuit excidere.

Pag. 31. lin. antepenult. καλὸς εἶναι] malo, retineatur alterum, ω tantum in ο verſo. Sunt enim nonnulli ita meticuloſi natura, ut ſemper fere de ſe ipſis peſſime ariolentur, ii ſcilicet, qui contrario temeritati vitio laboran-

tes nunquam suis viribus satis confidunt, quibus nunquam deest pessimus in dubiis augur timor.

Pag. 33. fine: *ταὐτὸ δὲ πέπονθ.*] non audiendus hic *Casaub.*

Pag. 35. l. 1. non *καὶ ἡμῖν*] scribe *καὶ ἡ μῶν.* Æque enim ac librarii, errat hic Casaubonus.

Pag. 39. fin. *fraudi illi fuit senilis memoria*] Imo tibi, ò Casaubone, fraudi fuit *οἴησις* ista & de te ipso concepta opinio, qua omnes præter temet ipsum falli clamas, cum tamen ipse sæpissime, (ut etiam hoc loco) facias intelligendo, ut nihil intelligas. Non enim scribit Dio, Sporum Octaviæ successisse, ut tu autumas, sed Sabinæ, ob cujus amorem Octavia dudum fuerat ejecta, quod, te ipso etiam attestante, omnino verum est. Vide, quam temere tanti Viri memoriam & ignorantiam accusaris!

Pag. 40. *Putas Neronem Sporo suo* &c.] Ego contra accipio, quasi innueret Dio Rhodagenen aliquam ab eo, cum quo loqueretur, adamatam tum, aut forte speratam. Ait igitur, quid ad te? non enim eodem certe nomine vocabatur, quo corculum tuum, Rhodogene.

Pag. 41. l. 1. Atqui nullibi, credo, hac significatione legitur, & ista *καὶ αὐτὸς* vulgarem hic significationem tuentur. Nam particula *καὶ* simile quid a puero quoque præstari vult. Omnino igitur probanda est Interpretis versio.

Pag.

Pag. 47. l. Mirum quantum hic errat Casaubonus.

τερά*ς*ιόν τε] monstrum, heu! a Casaubono huc invectum, Thuscis aruspicibus procurandum & extra Dionis nostri fines procul averruncandum censemus: rectam autem lectionem margini auctoris adscripsimus.

Pag. 48. l. 3. Contra institutum naturæ Philosophis videbatur navigatio & mercatura, *& quæsitorum terra pelagoque ciborum Ambitiosa fames.*

Pag. 50. medio] docti igitur cogitabunt. Ad marginem Dionis conjecturam nostram scripsimus.

Pag. 53. l. 2. Nec ego sane certam & exploratam. Tentabam tamen εἶτα πάνθ' ὅσα ἦυξον τότε ἐκεῖνός τινος εὐεργετοῦντες, ὅν προεθυμοῦντο πάσχοντες ἢ δρῶντες ὑπὲρ αὐτῶν, ξύνη ἤδη χρήσιμα.

Pag. 54. l. 8. forte nihil deest, cum εἶπον, quod paulo post habetur, huc trahi possit.

ibid. l. 19. vulgata lectio ferri satis commode potest.

ib. l. 23. ἀλλὰ καὶ φοβηθεῖεν αὖ εἰπεῖν οὐ.

Pag. 55. l. 16. *quæ non sunt nauci.*] Imo pluris apud me quidem, quam tua isthæc audacula interpolatio. Ex his enim veram lectionem eruo: κατὰ δ' οὖν αὐτοὺς πειρᾶσθαι.

Ibid. in med. *Lege necessario*] nulla hic necessitas tam multa mutandi & inculcandi. Si quid mutem, pro τόδε λοιπὸν scriberem τὸ δὴ vel τόγε λοιπόν. compendiose hic, ut sæpe, loquitur Dio.

Pag. 57. l. 15. Ego vero non ambigo solum, sed fidenter etiam assero, negationem non recte hic intrusam, fœdeque labi tam Casaubonum, quam Interpretem, cum neuter eorum animadvertat, quid hic sit φυλαττομένων, nempe *caventibus, caute & recte agentibus.*

Pag. 59. l. 18. imo, ut margini orationis adscripsimus, οὐχ ἑκόντες & ita nihil opus, ἴασιν aliter exponere, quam vulgo accipitur.

Pag. 65. l. ult. hæc ipse quoque, nondum inspectis Casaubonianis, ita ordinaram.

Pag. 66. l. 4. Lego: νὴ Δία ἀλλάγε νῦν ἤδη καὶ τὰ τ. π. υ. αὖθις καὶ τὰ πρ. αλ. ὡς δεῖ πρ. Non levi errore ista ὡς δεῖ in πῶς mutaverat Casaubonus, ut ex sequentibus, recte modo intellectis, apparebit.

Ibid l. 34. *hujusmodi aliquam lectionem requirit*] imo sententia auctoris est: omnino vero de hoc maxime (i.e. de quo proxime dixerat,) dicere cupiens, nec dum quale est ostendere fortasse provectus sum, sed clam facio &c. Quare retenta vulgata sententia, modo recte distinguas, locum habeo satis sanum, qui tamen planior fortassis fiat,

si

si οὐδέπω οἷόν ἐστι δεῖξαι προελθὸν, ἀλλ' ἐκεῖνο σαφὲς ποιῶ &c. substituas.

Pag. 67. l. 4. *non tollere*] minuetur certe, si non prorsus tolletur, scribendo: εἰ μηδὲν τῶν ἄλλων ἔχετε πλεῖον διὰ αὐτοῦ, ὅμως δὲ ὧν παρ' ἐκείνων ποτὲ πρὸς εὔνοιαν καὶ φιλίαν ἐτύχετε, ταῦτα ὀφείλετε φυλάττειν.

l. 16. *lego igitur*] nihil opus mutatione, cum τῶν ὄντων pro τῶν ποτε ὄντων ὑμῶν breviter dictum ferri possit.

Pag. 68. l. 32. ἄπυστον] apage nugas & ineptias: lege potius ἀνέλπιστον.

Pag. 71. φιλοκαλίαν *Græci appellant*] Frustra est & hic *Casaubonus*.

Pag. 76. ad pag. 470. *Vel superfluit, vel defecti codicis indicium facit*:] Neutrum horum: καὶ hic *etiam* significat, quasi diceret: absque causa ac ratione persuasi estis, ne posse quidem concordiam fieri.

Ibidem διερχομένῳ] lego ἀρχομένῳ. Nam cum supra dixisset, se περὶ ὁμονοίας locuturum, nunc ἄρχεται πάλιν λέγειν, de qua & quali h. e. inter quos concordia dicturus sit.

Ibid. ἀποσιγήσομαι] inepta est hæc conjectura. Nam ἀποστήσομαι hic idem fere est, quod vult Casaubonus, nempe: *absistam, desistam.* Sed fefellit Casaubonum, quod negatio μὴ exciderat, ante μεῖναι reponenda.

Pag. 77. l. 24. οὐδὲν οὔπω ἀνάξιος ὤν] dubito de veritate hujus emendationis. Nam sequitur

 sta-

ſtatim, ὅτε ἂν φαῦλος ὤν, quæ iſtis ὅτε ἂν ἄξιος ὤν opponi videantur. Præterea πρός τινα λέγειν, pro *favere alicui*, vel partes ejus ſequi ac tueri, mihi certe non lectum. Quare, ſi is ſenſus omnino neceſſarius hic eſſet, legerem potius βλέπειν vel ῥέπειν πρὸς ἐκείνους. Miror autem, Caſaubonum Dionem ab Atticis Scriptoribus ſeparare, cum & ſcripta ejus & ipſe etiam de ſe loquens in Corinthiaca (alias minime ἀλαζών) teſtentur, eum adeo ἀττικίσαι, ut eo nomine ſtatua ei Athenis deberetur.

Pag. 78. l. 6. *& ſtatim tolle*] Non tollenda vox, ſed pars ejus prior, quæ ob præcedentis ſimilitudinem exciderat, reſtituenda: ſcribendum enim ἄλλως τε.

Pag. 79. ad p. 489. *mendas aliquot video*] utinam indicaſſes nobis mendas iſtas: nam mihi certe ἀόρατοι ſunt. Interpres quædam minus recte accepit, & tu forte cum illo.

Pag. 82. ad p. 503. λαμβάνειν ὁδόν] quid ſi ſcribas ἐμβαίνειν?

Ibid. *& meras putent eſſe* ἐπιδείξεις] Atqui non id dicit Dio: ſed, quod neget, ſe plus aliis eloquentia aut ſapientia valere, ac rogantibus, ut dicat, frequenter renitatur: id pleriſque oſtentationem quandam videri.

Pag. 82. ad p. 512. *forte ſcripſerat*] legendum, una tantum mutata literula, οὐ τὸν δεῖνα, οὐδὲ τ. δ.

Pag.

Pag. 83. l. 15. longe aliam causam fuisse, quæ Dionis domum servavit, patet ex istis: ȣ̓ μέντοι ἀληθῶν ὑπείδεσθε.

l. 19. *cum aliis*] cum uno tantum, ut videtur, ex istis: καὶ μηδείς με ὑπὲρ ἐκείνȣ φῇ λέγειν.

l. 21. *aut deest vox una*, &c.] Neutrum horum. Nam etsi μοχθηρὰ cum πόλις consentit magis quam πολίτης, subintelligitur facile μοχθηρός.

Pag. 85. l. 18. *non una vox*] potest exponi, nec incommode, vulgata scriptura.

Pag. 90. l. 4. trajectio, quam hic somniabat Casaubonus, nulla omnino est: nam ista πρὸς ἐνιαυτὸν non ad superiora (ut putabat ille vitiosa interpunctione deceptus) sed ad sequens ἐκράτȣν referri debet, ut sensus sit, ad annum nihilominus quam Reges imperabant.

Ibid. *porro autem videri poterat*]. Mihi contra Dio senex hic rem suam agere videtur, nimirum ut se Nestorem Trojano Agamemnoni ingerat.

Pag. 92. LVI. l. 3. *Vel Æschylus est*] Ego vero Euripidem esse certo scio ex Orat. LII. p. 551.

Pag. 94. ad p. 602. τȣ́τῳ δ'] imo lege ὅτῳ δ'.

Sed deest forte aliquid] suppleo, lego & distinguo: μηδενὸς ὄντος ὑγιȣ̃ς, πρὸς τὸν εἰς αὐτὰ ἐγχέοντα, βλέπων ῥέον, ἀεὶ τὸ πληρȣ́μενον, εἴποι, τί γὰρ ἐγχεῖς εἰς τὰ σαπρά;

εἴποι γὰρ ἂν &c. Omiſſio ex eo accidit, quod utrumque membrum uno eodemque verbo inciperet.

Pag. 95. l. 4. *præbere aures*] cui unquam vel mediocriter in hac lingua verſato hoc perſuadebis?

Pag. 101. l. 4. *ac ſequentia*] at ego ex ſequentibus conjicio legendum τῶν οὐ πεφυκότων. Eſt enim præter naturam Philoſophi adulari, non minus, quam Viri pati muliebria.

Pag. 102. l. 1. πλάσας] hæc vox a Caſaubono intruſa locum hic habere non poteſt. Pendent enim hæc a præcedente δεῖ μακαρίζειν.

Pag. 103. l. 7. *quo mens erudito Viro*] tibi quoque, cum hæc ſcriberes, φρένες ἐκπεπότανται. Nam συγγράφειν hic reſpicit νόμους, ut attendentibus antecedentia & ſequentia facile apparebit.

INDEX.

I. Index Locorum Scripturæ Sacræ.

II. Index Rerum, Nominum Propriorum, & Vocum Græcarum diligentius

Chri-

INDEX.

Leo

O.

INDEX.

ERRATA.

Pag. 3. l. 1. *ἀνεπυθόμεν* l. *ἀνεπυθόμην*, p. 39. l. 14. Bion l. *βίον*. p. 49. l. 8. *δουλ*, *κῆς* l. *δουλικῆς*. p. 77. l. 9. *ὁ δὲ* ſcribe, præmiſſo puncto, *ὅ δὲ*. p. 85. l. 16. poſt *χίζεται* exciderunt hæc verba : *πλῆθος, καὶ οἱ μὲν τὸν Ζαχαρίαν ἑταιρίζονται*. p. 88. l. 9. leg. *μισθωτὸν*. p. 98. l. 7. *calamis* l. *calculis* p. 139. l. 12. *benignitate* : adde ; *divina* p. 149. l. 25. *ſolæ* ; adde : *non* p. 164. l. 21. ungari ; l. *nugari*. p. 192. l. 10. *γραμμάτων* leg. *γραμματέων*. p. 217. l. 13. *φησι* leg. *φασί*. p. 224. l. 9. *quid ſit* : leg. *quid ſi*.